John Adams Library,

IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.





ADAMS
283.11

Digitized by the Internet Archive
in 2012

http://www.archive.org/details/bioinomikonsived00bert

Dr. Gridley

ΒΙΟΙ ΝΟΜΙΚΩΝ

SIVE

DE JURISPERITIS LIBRI DUO.

AUCTORE

JOANNE BERTRANDO

PRÆSIDE TOLOSANO.

Secunda editio, emendatior & nitidior.

Accedit JACOBI LABITTI index legum omnium, quæ in Pandectis continentur.



LUGDUNI BATAVORUM,

Apud JOHANNEM à GELDER.

M D C LXXV.

ADAMS 283.11

ILLUSTRI VIRO

ÆGIDIO MASUERIO SENATUS TOLOSANI PRINCIPI,

Triſtandus Bertrandus Senator Toloſanus, & Franciſcus Bertrandus Catourſæus fratres S. D.

BIINOMIKÔN Joannis Bertrandi patris noſtri, ſive de Juriſperitis libros duos, in lucem mittimus. Homines quidem mali, & filii parum pii ſimus, ſi hoſce ingenii paterni fœtus, & in fiduciaria noſtra tutela exiſtentes, fraterno amore non proſequamur. Quod autem illuſtrius veri affectus teſtimonium à nobis exhiberi poteſt, quam eos in lucem prodeuntes nomini tuo Princeps Senatus illuſtriſſ. dicare? cujus virtus & doctrina in luce hujus regni, & in oculis clariſſimæ Provinciæ poſita eſt; & quem non ſolum, ut Maſuerium; ſed ut alterum Maſurium * ἅπαντα ἄριστον, καὶ σοφὸν, καὶ οὐδενὸς δεύτερον, cives omnes ſuſpiciunt

* *Athenæus lib.* 14.

ciunt & admirantur. Poſtulat etiam hoc à nobis paternæ dignitatis pia recordatio, & Juriſconſultorum, qui hoc in libro deſcribuntur, nunquam ſatis laudata memoria. Qua enim juſtiore hoſtia paternæ laudi, horumque veterum virorum doctrinæ, parentare poſſumus: quam librum ejus, qui in ſenatu principatum tot annos non indigne ſuſtinuit, tibi Principi ſenatus meritiſſimo, offerendo? & Juriſperitorum vitas, à Jureconſulto (hoc nobis filiis de patre effari liceat) non contemnendo ſcriptas, tibi Juriſconſultorum peritiſſimo, conſecrando? His tanquam cumulus acceſſit, humanitatis tuæ ſingularis teſtata omnibus profeſſio, quæ nobis non parum gratum, jucundumque hoc munus te habiturum, facile perſuaſit. Quod ſi, hoc à te ſuppliciter poſtulantes, litare poſſumus; ſatis magnum noſtræ in manes paternos pietatis fructum, & tuæ erga nos benevolentiæ ſummum teſtimonium, percepiſſe videbimur. Vale.

JOAN-

JOANNIS BERTRANDI
PRÆSIDIS TOLOSANI
VITA.

AUCTORE

FRANCISCO BERTRANDO J.F.
CATOURSÆO.

AB illuſtri rerum Gallicarum ſcriptore traditum eſt togatos homines Reipub. vel Principibus utiliſſimos eſſe, cum boni ſunt: atque pernicioſiſſimos, cum mali & iniqui. Quod quam verum ſit, ultima Galliæ noſtræ calamitoſa tempora ſatis teſtantur. In hac enim communi & noviſſima rerum pene everſione, quot togati Rempub. ſeditionibus undique erumpentibus concuſſam in eos ſcopulos impulerunt, ad quos naufragium facturam ſperabant? Quot denique è contrario, togatam omnem auctoritatem & ſcientiam, ad Reipub. regnique ſalutem conferentes, in hoc publicum naufragium colligendum & reficiendum, fideliter conſtanterque incubuerunt? Quamobrem quod de lingua hominum vulgo dicitur, eam optimam & peſſimam omnium corporis humani partium eſſe, id ad togatos homines, vere & non ineleganter referri poteſt. Politia enim regia, quæ corpus civile eſt, membra ſua parteſque ſicut humanum habet. Manus, ſunt

milites: nervi, vectigalia: pedes, plebeia multitudo: Rex, pro capite conſtituitur: ejus conſilium anima eſt, quæ totum civile corpus movet & regit: linguam autem præcipuam capitis partem animæque interpretem, togati homines conficiunt. Sic Quæſtor ſacri palatii, qui princeps togatorum eſt, lingua & vox à celeberrimis auctoribus dicitur. Mala autem & incommoda quæ Reipub. togati quidam intulerunt, qui, ut Tullius linguam appellat, flabella ſeditionum fuere, ea quidem tanta ſunt, ut à me verbis exprimi, & deſcribi nullo modo queant. Illud tamen non minus vere, quam libere dicam, inter omnes togatos bonos cives, & Reipub. amantiſſimos (qui quamplurimi quidem fuere, quoſque meliorem humani generis partem cum Symmacho nuncupare poſſumus) neminem Joanne Bertrando majori cum integritate, & conſtantia Rempub. capeſſiviſſe, prudentiaque gubernaſſe. Cujus vitam, ob eximiam ejus virtutem, & in Occitanam provinciam merita, tanquam integritatis & religionis tabulam proponere decrevi, ut aliis admirationi, ſuis vero exemplo eſſe poſſit.

Certum itaque Bertrandorum gentem ab illuſtri Comitum Toloſanorum familia originem duxiſſe. Ramundus enim Bertrandus decimus Toloſanorum Comes quatuor habuit filios, Bertrandum, Guillermum, Alphonſium, & Odophredum: quorum tres primi comitatum obtinuere. Odophredus vero, qui Trinquevalli Vicecomitis Bitterenſis & Carcaſſonenſis filiam uxorem duxit, pro portione ſua hereditaria Servianum agrum in Narbonenſi provincia ſitum habuit, cognomineque paterno, quod retinuerat, ad poſteros omnes tranſmiſſo, filium reliquit Hadrianum Bertrandum, qui Rogerii Bertrandi pater fuit: quorum poſteri præcipuis militaribus, & eccleſiaſticis Galliæ honoribus ornati, agri Serviani illis gentilitii poſſeſſionem dominatumque adepti ſunt, ad atavum uſque Joannis Bertrandi, à quo abjudicatus eſt. Abavus qui tunc penè puer literarum

causa

cauſa Toloſæ alebatur, ſimul cum re parente amiſſo, ſe ad Bitterenſis Epiſcopi avunculi ſui fidem, poteſtatemque totum contulit; cui juvandæ pueri fortunæ in omni genere officii nec facultas, nec voluntas defuere. Sed eo paulo poſt obitum patris etiam mortuo, avunculi ope, opibuſque paternis ille deſtitutus, poſt ſuſceptos ex Agnete Fabritia nobili fœmina liberos, neglectis ambitionis ſtudiis tranquillitatem vitæ ſequutus eſt, & in Dominicano cœnobio recluſus, pie ſancteque ad mortem uſque vixit. Proavus togatis Reip. muneribus functus, non ſolum antiquitate nominis voluit, ſed etiam virtute commendari. Avus in reſtauranda familiæ dignitate erectior, & Alebreti Principis Cancellarius factus, quatuor liberos ſuperſtites habuit: Joannem Bertrandum S. R. E. Cardinalem, Archiepiſcopum Senonenſem, Galliarumque Cancellarium: Petrum Epiſcopum & Comitem Cadurcenſem: Nicolaum Senatus Toloſani Præſidem, & Catharinæ Mediceæ tunc Delphinæ Cancellarium: aliumque Petrum Abbatem Saramonenſem: qui quidem præſtanti gloria, rebuſque præclare geſtis maximè floruerunt. Ex Nicolao autem & Antonia Jordania, natus eſt Joannes Bertrandus anno 1527. quinto Id Maji. Cujus prima ætatis initia cum patris diligentia, tum etiam naturali literarum deſiderio munita, docilitatis ſuæ non parvum experimentum dedêre. Deinde ex puerili inſtitutiune edoctus, ſub Antonio Uſilio non indocto homine, majorem quandam rationem complexus eſt, confirmationemque doctrinæ. Inde ad juris ſcientiam delapſus, unum ex omnibus Anteceſſoribus Arnaldum Ferrerium, magnum ætatis ſuæ virum; & Juriſconſultum celeberrimum ita coluit, ut cum eo à Valentinis ad jus publice profitendum accerſito, Valentiam profectus ſit, ibique doctoratu accepto Toloſam continuò reverſus, patrem gravi morbo, & mortifero affectum invenit. Poſt cujus obitum in aulam profectus ad Joannem Bertrandum patruum ſuum, ſub Lodoico

Strœbeo viro doctiſſimo, cum Guillermo Bertrando Villamorio fratre patruele aliquandiu vixit. Paulo tamen poſt, necdum ſenatoriæ ætatis adoleſcens, Senator Toloſanus factus eſt. Cujus immaturæ promotionis hæc narratur fabella. Cum juſſu patrui ſui Dianam Valentiniæ Regulam, quæ apud Henricum ſecundum prima erat, ſalutatum iiſſet gratias acturus, quod ea potiſſimum intercedente, honorem ampliſſimum adeptus eſſet: Dianam ab illo petiiſſe an Cardinalis Galliarum Procancellarii ex fratre nepos eſſet: quo annuente, ſuaſit ei Diana ne Regis vultum ſubiret. Nec enim (inquit) Rex imberbes adoleſcentulos, Conſiliarios habere ſe exiſtimat. Tum poſtea regii, & ſacri conſiſtorii Conſiliarius factus: tandemque ſextus Toloſani ſenatus præſes à Carolo IX. Galliarum Rege creatus, magnâ integritatis, & religionis commendatione ſemper floruit. Quarum virtutum in eo eminentium innumera licet dentur exempla: perpauca tantum proponam, ut ex iis tota vitæ ſuæ inclinatio, tanquam ex ungue leo, dijudicari poſſit. Solent in ſenatum cooptati ulnas quaſdam panni ſerici Principi ſenatus dare; is quamvis ſub ejus principatu triginta in ſenatum lecti ſint, nihil unquam à quoquam accepit. Munera vero non ſolum à litigantibus non ſumpſit, ſed ne quidem à propinquis, & conjunctioribus. Præter ſolemnia ſtipendia, congiaria annua dederat ei Rex Henricus tertius ex mulctarum curiæ exactione, ea tamen recuſavit, ne videretur mulctam dicere, ut congiaria ſibi ſolverentur, & quaſi ovem deglubere, ut pellem lucraretur. Emolumenta autem illa quæ à litigantibus, ob lites calculo rationique obnoxias, judicibus dantur, quæque Sabatina Toloſæ nuncupantur rejecit, & tanquam dignitatis ſenatus parum digna, condemnavit. Tantaque fide & religione vixit, ut dierum illorum quibus privatis negotiis occupatus à curia abſtinuerat, ſtipendia regia ſibi ſolvi noluerit, Quæſtorique reddiderit. Codicillos ſenatoriæ in Curia Toloſana

ſana dignitatis à Carolo Lotharingio Guiſianarum partium in Gallia tunc Principe datos remiſit; nec rei publicæ à ſe geſtæ remunerationem à quoquam ſe accepturum, niſi à Rege ſuo, animoſe & fortiter reſcripſit. Quæ quidem ſumma innocentiæ ratio, eo magis in ipſo enitebat, quod & liberorum numerus, & rei familiaris anguſtia, eum ad opes non ſpernendas invitare ſatis videbantur. Religionis autem & pietatis antiquum propemodum exemplar: quippe qui ſine oſtentatione piiſſimus, & ſine ſuperſtitione religioſiſſimus fuerit. Singulis diebus dominicis ſacrâ euchariſtiæ communione utebatur: Jejunia vero ab eccleſia præcepta ita ex præſcripto obſervabat, ut ne quidem prope ſeptuagenarius ea unquam ſolviſſe intelligatur. Vita ei proba, mores innocentes, animus quietus & placidus: oratio tamen ſevera, ſed in qua non infrequenter comitas quædam urbana eluceret. His itaque animi & pietatis dotibus inſtructus, ad ſenectutem uſque ſummam conſtantiſſime vixit. Sed hoc magnopere mirum in homine nobili, & ad res magnas nato & alto, quod magiſtratus ſui partem ad judicia ſpectantem tractandam tantum ſuſceperit: illam vero ambitioſam Reip. curam, quam tot homines & ſtulte & infeliciter amplectuntur, ſibi fugiendam non minus, quam navigantibus Syrtes aut Scyllas putaverit. Quod autem ei de judiciario labore temporis dabatur, in ſtudiis literiſque conquieſcebat, otium ſine literis, mortem & hominis vivi ſepulturam cum Seneca dicens. Verum in ſuſcepto tranquillitatis conſilio ſolidam vitam agere, fata rerum ei non conceſſerunt, neceſſitate temporum invitum eum ad Reip. curam ſollicitudinemque rapiente. Sicut enim primum mobile, cæteros orbes contrarium motum habentes, rapacitate ſua violentiaque ſecum trahit, ſic univerſa Gallicarum rerum perturbatio, cujuſcunque ordinis & naturæ homines, repentino ſuo impetu curſum hunc violentum, nolentes etiam, ſequi coëgit. Ad inſtar tamen ſtellarum orbiumque cœleſtium, qui primum

mobile ſequendo, motum ſuum proprium non amittunt: Joannes Bertrandus in hac rapaciſſima rerum omnium converſione, tranquillum moderatumque animi ſui motum, & circulum ſemper peregit. Ita enim æquabiliter, temperateque cuncta gubernavit, ut in maximis turbinibus ac fluctibus, civitatem ſuam ſola placabilitate, & ſedatione conſervarit. Verum ut, quem curſum civitas Toloſana eo gubernatore & Præſide tenuerit, cunctis oſtendere facile poſſimus, eundem nos rectâ tenebimus. Duobus itaque fratribus Duce & Cardinale Guiſiis, Bleſios, ubi conventus Gallici agebantur, interfectis; ad hujus necis rumorem tota fere Gallia commota eſt, & quod medicamentum Reip. ſalutare credebatur, malorum fuit irritamentum. Plebecula enim urbana ſuapte natura ad ſeditionem prona, pene omnis agitata eſt: maximeque Toloſana, à concionatoribus quibuſdam: qui quum adverſus Regem quædam ſeditioſe peroraſſent, tum Joannis Stephani Durantii Senatus Principis, regiique nominis acerrimi vindicis dignitas ab eis laceratur. Qua concionum licentia, & maledictorum impunitate, factioſi de defectione cogitantes animos ſumpſere, & concilium ex cunctis ordinibus, penes quod ſumma rerum eſſet, creari poſtularunt. Quod quidem eis conceſſum, repugnante Joanne Bertrando. Prævidebat enim vir ille in rebus judicandis ſagax, eos ex hac adminiſtrationis conceſſione, quid ad Reip. everſionem poſſent, cognituros, ad inſtar Herculis apud Senecam, qui

Poſſe cœlum viribus vinci ſuis
Didicit ferendo.

Hujus autem concilii princeps conſtitutus eſt Joannes Bertrandus, ut hominum novarum rerum cupidorum turbulentas voluntates moderatione ſua mitigaret, & auctoritate frænaret. Verum eò ſeditio ſerpſerat, ut jam timidiores de defectione à Rege non ſilerent; & cum Daffiſius advocatus Regius cauſidi-

cum

cum quendam accuſaſſet, quod effigiem Henrici tertii è capitolio dejiciendam cenſuiſſet, tanta in eum commotio facta eſt, ut magnum ſibi creaverit vitæ periculum. Itaque cum ad hoc uſque tempus Durantius occulte cuniculis oppugnaretur, aperto marte in poſterum expugnari cœpit. Sept. enim Cal. Febr. 1589. hora poſt meridiem quarta, eum è Senatu exeuntem, rhedamque ingreſſum quamplurimi armati homines eductis gladiis aggreſſi, ad extremum deduxiſſent caſum: ni rhedarius equorum velocitate è manibus eorum evadens, dominum ab omni injuria prohibuiſſet. Bertrandus autem cum Stephano Bertrando Quintio filio ſuo, qui hoc in repentino motu, cum militari manu ad patrem accurrerat, è curia domum ſuam incolumis ſe recepit: primuſque aggere doliario, in modum eritii militaris, vici ſui angulos clauſit. Cujus exemplum ſequuti reliqui cives, in ſingulis urbis vicis aggeres ſimiles egêre. Sed tandem Durantius in Dominicano cœnobio, in quod cum militum cuſtodia incluſus erat, decima quinta die poſt fugam, à plebe armata, ſive potius plebis colluvie, occiſus eſt, cum Daſiſio advocato Regio, quem in caſtro Narbonenſi cuſtodiis vinctum, ob ſervatam Regi fidem clauſum habebant: & ita pluribus vulneribus confoſſus per totam urbem funiculo pedibus alligato, cum Regis Henrici tertii effigie maxima cum ignominia trahitur, & ad ſcalas D. Georgii, ubi damnati & facinoroſi homines plectuntur, cum omnium bonorum mœrore ſuſpenditur. In hac tanta tamen atrocitate temporis, Joannes Bertrandus quæ fortem civem, & Senatorem optimum decebant, gerere non deſtitit. Nam cum tertiana ipſe in lecto laboraret, filium ſuum Stephanum Bertrandum Quintium civibus ducem oſtentavit ad hanc indigniſſimam calamitatem è clariſſimorum virorum cervicibus depellendam. Sed cunctis perterritis, Quintius publicam cauſam ſuſcipere non potuit: hanc tamen plebis fæcem è palatio & Daſiſii nece revertentem, partim amiſſis gladiis

gladiis & telis, partim ereptis, diffugere ſolus ipſe cum paucis amicis coëgit. A quibus autem plebs ad hunc furorem impulſa fuerit, varie narrabatur: vel ab his qui privatas injurias publica manu vindicare tutum putabant: vel ab illis qui quum populari tantum freti potentia à Rege defeciſſent, credebant hoc facinore admiſſo, plebeculam metu ſupplicii ad ſanitatem facile non reverſuram. Hoc quidem popularis levitatis teſtimonium, & ætatis noſtræ corruptæ argumentum: inter præcipuas odii & necis cauſas, eam tunc vulgo ferri, quod rheda in palatium & curiam geſtaretur, quaſi alienum illud ab antiqua parcitate, & togata modeſtia. Durantii vero fortis conſtanſque animus in amplectenda morte, à multis laudatus eſt. Sed hoc in eo mirabile, quod hoſtium furori, tanquam hoſtiam publicam ſeſe libentur obtulerit, & pileo quadrato, togæ dignitatiſque inſigni, capiti impoſito, ſenatoriaque toga ſumpta, eodem vulto quo ſenatum ingrediebatur, furioſam turbam ad exitium ſuum paratam & anhelantem adierit: ut ipſe qui togæ honor & decus fuerat, vere togatus mori videretur. Hoc autem omni admiratione digniſſimum, quod his ſenatoriis inſignibus indutus, tanquam alter Arion citharœdi palla, non Orthion ut ille Diis maritimis, morti ſe offerens: ſed hoc vere orthon & rectum Chriſti carmen Divis cœleſtibus piè cecinerit: Domine ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. *Durantio itaque mortuo, Joannes Bertrandus principatum ſenatus obtinuit. Ne tamen publicæ calamitatis moleſtiam domeſtica felicitate leniret, filium natu majorem Stephanum Bertrandum Quintium nefarie trucidatum hoc ipſo tempore amiſit, natum annos tantum xxiii. relicto puerulo bimenſi ex Franciſca Vabreſia à Caſtronovo, fœmina nobili, omnique honeſto lepôre conſpicua. Cujus mortem quam graviter tulerit, ſatis intelligent qui ſe patres meminerint. Hoc tamen exaſperabat dolôrem, quod in tam miſero regni ſtatu, nullo publico ſolatio, privati mœroris luctum levare poſſet. Veruntamen*

ſta-

ſtatim atque civitatis Toloſanæ clavum tenuit, nihil antiquius habuit, quam ſenatus auctoritatem proſtratam & afflictam erigere: Senatoreſque profugos, qui ex civitate in hoc communi Optimatum periculo ceſſerant ſenatuſconſulto revocare. Quod quidem fecit repugnantibus quibuſdam populi primariis, nonnulliſque ex ſenatu. Cur enim, inquiebat ille, tot Senatores viri boni, & nulla ignominia notati in eam civitatem non revertentur, in qua tot perditos & facinoroſos homines non ſolum habitare, ſed etiam auctoritatem habere ſinimus. Jam Reip. Toloſanæ tranquilla ſatis & ſerena frons apparebat, induciæque pactæ inter Guiſianarum & Regiarum partium duces, domi foriſque cuncta quietiora fore pollicebantur: cum ſubito diſcordia animos hominum ad nova ſurgentes veluti peſtilenti quodam ſydere afflavit. Urbano Sangelaſio Convenarum Epiſcopo, à ſenatu abſente Guillermo à Joyoſa Galliæ Mareſchallo, Occitaniæ Prorege, urbis Toloſanæ cura demandata erat. Sed cum populariter nimis ſe gereret, Patres Joyoſano auctore, ejuſque ſententiæ principe, de abroganda ejus poteſtate conſentiunt. Sangelaſius qui cuncta, quæ adverſus eum parabantur, ſatis ſuperque noverat, conturbari Rempub. quam minus ipſe valere mallens, ut inviſum plebi Joyoſanum redderet, contra publici ſolemniſque jurisjurandi religionem, eum cum hæreticis hoſtibuſque inducias feciſſe criminatur: & ſodalitatem nomine corporis Chriſti prætexens, poſt conſilia cum plebeiis novarum rerum cupidis, interdiu noctuque agitata, Richardum ordinis D. Franciſci à Paulo ſodalem, in fano D. Mariæ Dealbatæ concionari jubet. Is quum de Reip. ſtatu multa diſſeruiſſet, Sangelaſium tanquam Religionis catholicæ verum propugnatorem, plebi commendat: Mareſchallum Joyoſanum, Patrumque Principes, de urbe hoſtibus dedenda cogitaſſe. Quibus ſermonibus, jam per ſe accenſi incitantur à monacho plebis animi. Cui concione finita ad arma diſcurrenti, Sangelaſius armatus occurrit: ſeque pro liber-

libertate & religione arma ſumpſiſſe clamitans, ne defenſorem ſuum in ipſo diſcrimine periculi cives deſtituant precatur. Interim Bertrandus à Mareſchallo evocatus, ad Archiepiſcopatus ædes proficiſcitur: ubi cuncta turbide & turbulente agitabantur. Quidam enim ex nobilitate, vi armiſque rem agendam cenſebant: rudem & inexercitatam turbam enſium ſolo fulgore terreri. Alii tamen lenibus remediis ſubveniendum putabant: vim armaque deſperatæ Reipub. tantum medicamenta: concitatos autem plebis animos, cum tutius, tum facilius flecti poſſe quam frangi. In qua ſententiarum ancipiti contentione, Bertrandus nihil temere tendandum ſuadet: & vocatis Franciſco Gargaßio primæ ſententiæ Senatore, viro conſtantiſſimo prudentißimoque, & quibuſdam aliis Senatoribus, qui nihil antiquius communi ſalute judicabant, capitolium petit: ibique Octumviros ad Senatus, & Mareſchalli auctoritatem armis tuendam excitare tentavit. Sed cum illi in varias traherentur ſententias, nihilque certi decernerent, Bertrandus uno ex capitolinis cum militum cohorte ſecum aſſumpto, purpureaque toga induta, totam urbem perluſtrans: civibus imperat, ut Mareſchalli Joyoſani dicto tantum audientes, aliorum recuſent juſſa: nec à quolibet ambitioſo ſenatus decreta infirmari impunè patiantur. Sed tanta vis, tabeſque morbi omnes ferè cives invaſerat, ut apud quos ſeditio non exarſerat, eſſet dißimulatio, & qui nullarum partium eſſent, animos ex eventu ſe ſumpturos demonſtrarent. Dum hæc Bertrandus ageret, alia ex parte Sangelaſius, Richardus monachus, cæterique aduerſæ factionis cives Joyoſanum ob inducias cum hoſtibus pactas criminantur, concurſant circum tabernas, & multitudinis rerum imperitæ ſollicitando & pollicitando animos lactant. Has autem contentiones cum nox ſuperveniens diremiſſet, ſequens dies renovavit: poſtridie enim ſummoque mane, plebe rurſus tympano ad arma vocata, major in plateam Dealbatæ, multitudini

dini

dinis furentis ſit concurſus. Quo novo populi tumultu Mareſchallus perterritus, Bertrandum invocat: plurimique ex Senatoribus domum ejus veniunt ferè exanimati; admonent in tam aperto rerum diſcrimine non cunctandum: ſed contra periculoſiſſimas factioſorum potentias, conditioni ſenatus, bonorumque omnium ſaluti providendum. Quamobrem Bertrandus diutius non cunctatus, cum Senatoribus Mareſchallum adit: ſimulque de ſumma rerum agunt vocatis ad conſilium patribus, octumviris, & ex dobilitate proceribus. Quidam qui non tam incolumem civitatem quærebant, quam in quorum manu eſſet, tentandam rem armis cenſebant: hoc indecorum Galliæ Mareſchallo, ſi cum urbana multitudine manum conſerere non auderet. Paucorum autem animi à certatione abhorrebant; quorum ſententiæ Bertrandus adjecit ſimilia quædam verba: Ut prius noſcerent vires quas haberent exiguas, quam Mareſchalli vitam, ſenatus dignitatem, Occitaniæ tranquillitatem, bonorum denique fortunas in diſcrimen adducendo, quicquam periculo ultimo tentandum ſtatuerent: pro dignitate antea pugnari potuiſſe, nunc pro vita & ſalute decertandum: ſatis decora, quæ tuta: & glorioſiorem eum exitum rerum fore, qui partibus adhuc integris cum pace fieret. His ita dictis, legatos ad Sangelaſium mittendos cenſet. Sed Mareſchallo cunctante, quum legationis miſſæ nomen, timoris ſignum videretur, tulêre nonnulli conditiones has pacis, ut qui ex capitolinis Joyoſanarum partium erant, populo ſuſpecti claves urbis redderent, darentque eas civibus probatis, & à plebe electis. Tum deinde Mareſchallus, copias quas circum ſe habebat dimitteret: Sangelaſio ſe dimiſſurum ſuas pollicente. Quibus conditionibus Mareſchallo jam commoto, clamatum eſt à cunctis hæc fraudulenter dici: ſi claves darentur, eos in manu hoſtium eſſe: haberent ſaltem liberam exitus portam; ſi victoriæ, ſors clauderet. Nec imprudenter dictum, Sangelaſio, tota urbe occupata,

pata, ad Mareſchallum obſidendum adventante. Quo novo fremitu crebreſcentis ſeditionis, languere ſtatim multorum ſtudia cœperunt, qui primò alacres, fidem atque animum oſtentaverant. Mareſchallus propter exiguitatem copiarum ſuarum, nec occupare pericula, nec obſidionem tolerare contra concitatam multitudinem, tutum & honeſtum putat: in bona enim cauſa, ſed adverſa, bene cedere, quam malè opprimi utilius duxit. Cum paucis itaque Mareſchallus clam ab urbe exiit. Quo ſubitaneo diſceſſu nonnulli Senatores perculſi, urbe cedentes cum eo ad Caſtrum Balmanum ex Archiepiſcopatus ditione pervenerunt. Poſt ejus diſceſſum, rerum omnium potitus Sangelaſius, cum univerſo Clero militum ordinibus ſtipato, ad Archiepiſcopatus ædes proficiſcitur: ibique diris per omnium Sacerdotum religiones Mareſchallus devovetur. Inde effrænata plebecula, nihil niſi cædes & rapinas cogitabat, quum Bertrandus qui poſt diſceſſum Mareſchalli, domum ſuam ſe receperat, Sangelaſio mandavit, ut prædas, quibus armata turba potentiorum domus minitabatur, prohiberet, provideretque ne quid detrimenti Reſpublica caperet: Senatum ſe coacturum, rogabat ut adeſſet, & ne rerum non penitus deſperatarum remedia negligeret. Sed cum ille iratæ plebis impetum cohibere ſe non poſſe, nec in alios, nec in Bertrandum ipſum, qui imperium illi abrogare voluiſſet, acerbe & minaciter reſpondiſſet: Bertrandus ut ab urbe exiret, Mareſchalli literis quotidie monebatur. Ille tamen non videbat, quemadmodum id fieri poſſet, ne deberet. Nec movebat eum quod Sangelaſius civitatem occuparet: quum neque Solonem cum Piſiſtratus, neque Socratem cum triginta tyranni eſſent, pedem porta extuliſſe diceret. Conjiciebat etiam non ex alitis volatu, nec ex cantu ſiniſtro oſcinis ut in veteri Romanorum augurum diſciplina erat: ſed vero prudentiæ augurio, dominationem illam vix bimeſtrem fore. Violenta enim imperia nemo diu continuit. Domi itaque remanſ

Ber

Bertrandus abſque ulla Reip. gubernatione. Qui tamen in tam gravi vulnere, non ob erepta civitatis gubernacula, ſed Reip. tantum cauſa dolebat. Jam enim pridem virum illum minime ambitioſum gubernare tædebat, etiam cum licebat: & ad inſtar fici, dulcedinem ſuam, id eſt domeſticam tranquillitatem retinere malebat, quam imperium adipiſci. Cæterùm cum ab Scipione Regulo Joyoſano, qui exercitum ob vindicandam patris injuriam comparaverat, Toloſa premeretur: à nonnullis civibus viriliter ejicitur Sangelaſius, dum vulgus ignavum, & nihil ultra verba auſurum ad ſui auxilium fruſtra appellat. Sangelaſio expulſo Joyoſanus in urbem recipitur, Bertrandoque libera civitatis adminiſtratione reſtituta, cuncta ita pacata redduntur, ut qui rerum magis diffiderent, Toloſam hoc in quieto ſtatu permanſuram augurarentur. Verùm ſerena hæc rerum tranquillitas, conjurationum procellas in Rep. maximas concitavit. Ex quibus Tornerianam omnium periculoſiſſimam paucis deſcribere ſtatui, quoniam in ea compeſcenda & reprimenda, Bertrandi virtus & prudentia præcipue illuxit. Anno itaque 1590. conjuratio facta eſt à civibus quibuſdam, religionis & pietatis nomine eam prætexentibus. In Gallia quippe rerum novatores, vel boni publici, vel religionis nomen induentes, pravum animum ſimulatione recti ſemper tegunt. Princeps autem hujus conjurationis ignoratur. Simle enim veri non eſt Tornerium ſenatus tantum advocatum, nec opibus nec auctoritate potentem, tantæ conſpirationis ducem fuiſſe: neque ejus auſpiciis milites provinciales, à quibus & ipſi primarii togæ viri temporum licentia deſpiciebantur, ad arma convolaſſe credibile eſt. Si conjuratio valuiſſet, ejus principem haberemus; ſed infelices succeſſus auctores non reperiunt. Detecta autem conjuratio fuit à Galilio plebeio homine conjurationis conſcio, qui cum à conjuratoribus conſtitutum audiviſſet ſenatores delendos VII. Id. Septemb. hora matutina, qua frequens ſenatus in curia eſſe

conſueverat: de vita Aſſeſatii Senatoris ampliſſimi & integerrimi metuens, cum quo vetus erat conſuetudo, tale periculum ei haud occultum habuit. Quæ cum Bertrando Aſſeſatius de nocte enuntiaſſet, capitolinis ad ſe vocatis, & Petro Caumello Advocato regio, ſtatuit ille per totam urbem vigilias habendas, præſidiaque in curia ponenda eſſe, ut ſequenti die ſummoque mane ſenatus cogeretur, quo frequente aliquid ſalutare Reip: tutò decerni poſſet. Poſtridie ſenatu vocato, quum ad eum ordinem hæc retuliſſet Bertrandus, decretum eſt eadem præſidia in urbe retinenda, Galiliumque in carcerem conjiciendum, ut conſpirationis auctores, indiciaque ſceleris patefaceret. Qui cum impunitatis ſpe allectus, Berneſium, alioſque accuſaſſet: nominaturum eum cæteros conjurationis ſocios, boni ſperabant: ſontes autem timebant. Interim portarum urbis cuſtodia Senatoribus probis, civibuſque probatis committitur, ut eis curæ eſſet, ne alienus homo quiſquam intromitteretur. Fama tunc erat quamplurimos milites ad ſpem prædæ undique adſcitos remiſſos eſſe, qui per varias portas vel litium perſequendarum, vel aliorum negotiorum nomine, Toloſam ingredi avebant. Conjuratione itaque prodita, dum Berneſio dubitanti, negantiqne vincula injiciuntur, tormentaque proponuntur: reliqui conjuratores ſibi prætimentes jam animo cadebant, cum Tornerius ſimili oratione, eos ad aggrediendum projecta erexit. Si diutiùs, inquit, moramur extrema ſupplicia nobis certa ſunt. Eô itaque fortunæ noſtræ redeunt, ut pulchrius in armis mori ſuccurrat, & ut nobis fortiter potius (licet victis) quam vinctis turpiter, cadendum ſit: neque ſalutis via hoc modo deſperata. Eos enim qui de fuga cogitare tantum nos cogitant, conjurationemque ſimilem aquæ in olla ebullienti credunt, quæ cum detegitur fervorem amittit, inopinata aggreſſione terrebimus. Aſpirabi ſine dubio conſiliis noſtris foruna, ni eam ignavia noſtra contempſerit: aut niſi lictores qui nos vinciant, carnificeſque qu

no:

nos ad patibulum trahant, expectare malimus. Hac oratione maximè commoti conjuratores, ut hominum fert natura, dubiam ſpem certo excidio antepoſuerunt: & die dominica v. Id. Septemb. circa horam quartam pomeridianam, Tornerius ſatellitibus ſtipatus, Papuſſium & Reſſeguerium Senatores integerrimos, civeſque optimos ex D. Franciſci fano exeuntes prehendit: quos (magna voce exclamans, ſe libertatis & religionis vindicem) in inſulam Toniſiam duxit, quæ ſeditionum & motuum Toloſanorum, ſicut Lemnos inſula, fulminum & fulgurum officina nuncupari jure poterat. Unde & Toniſiani nomen tunc in urbe, ſeditioſi erat ſynonimum. Quæ cum Petro Caumello Advocato regio nuntiata eſſent, imminenti urbis Senatorumque periculo permotus, Bertrandum adit, cuncta narrat, orationeque vehementi animum ejus naturâ remiſſum, ad ultionem ita incendit: ut cum ipſa toga domeſtica, qua erat amictus, è domo exierit, populumque ad publicam libertatem, & ſenatus ſalutem protegendam concitare tentaverit. Dum autem Joannes Bertrandus, Petruſque Caumellus plebem ſtimulant, affines eorum quamplurimi, & ſenatus ſtudidoſi ſubſidio veniunt. Quorum aduentu, palatio ab ipſis occupato, & in turre Tanuſia, caſtrique Narbonenſis moletrinis præſidiis collocatis, quæ inſulam Toniſiam hac ex parte intercluſam tenerent, populum denuò ad arma excitant: purpuraque induta magiſtratus inſigni, cum tercentorum hominum manu, inſulam Toniſiam verſus, ſalutari expeditoque conſilio proficiſcuntur. Quò ſimul ac advenerunt, Templum D. Mariæ Dealbatæ, quod eſt quaſi arx, & caſtellum inſulæ, occupant. Si fanum tenuiſſet Tornerius, magno in periculo Toloſana civitas verſabatur, plebe conjuratorum ſtudiis favente, innata invidia, odioque inopum erga potentes: vel quod è religione ita putaret eſſe, à factioſis quibuſdam corrupta, qui ambitionem ſuam religionis nomine plebi adorandam præbebant, non minus impie, quam Arelius

 pictor

pictor meretrices ſuas Dearum nomine, populo colendas dediſſe, traditur. Quibus à Bertrando cognitis, ne Cultellarii per fluvium Garumnam Toniſianis ſuppetias ferrent, Candellium & Flamandum Cultellariorum duces ad ſe venire juſsit: quibus in templum Dealbatæ concluſis patibulum & crucem denunciat, ſi Cultellarii, contra ſenatum vim ſuſciperent. His autem remediis in hoc ſubitaneo morbo, ſaluti publicæ ſubveniendum putavit: ne tamen periculoſas curationes & ancipites adhibere videretur, tentandum prius animum Tornerii, conſpiratorumque duxit, an Senatores liberos dimittere, ſenatuſque dicto audientes eſſe vellent. Neque enim magiſtratus, cives tabe affectos ſtatim dividunt & præcidunt: ſed tantum, ut Plato vult, quum inſanabiles, & his inquinati ulceribus ſunt, quæ Plinius deſperantia vocat, & medici θηριώματα, καὶ χειρώνεια ἕλκη. *Sed quum Tornerius mandata Bertrandi detrectaſſet; ille non amplius cunctandum ratus, capitolinis imperat, ut è capitolio tormenta quædam bellica ad oppugnandam inſulam deduci curarent. Qui dum in ea exequenda mandata ſummam diligentiam conferrent, Aquenſis Archiepiſcopus qui à Cardinale Cajetano Sixti quinti ſummi Pontificis legato, ad ſenatum miſſus erat, Dealbatam venit, Baſilio ex Franciſcanis Capuccenis ſodali, nonnulliſque ſacerdotibus è ſocietate Jeſu comitatus; qui compoſita ad id oratione Bertrandum à propoſito dimovere conatus eſt. Sed ipſe deſperatis morbis extrema remedia adhibenda dixit, & quos legum magiſtratuſque veneratio continere non valuerat, armorum vi & ſeveritate comprimendos. Hoc ab ipſis magiſtratus nomen & officium poſtulare, ut qui tutores Reip. eſſent, deteriorem ejus conditionem fieri non paterentur. Rogavit demum eos ut domum ſe reciperent, ibique pro civitatis ſalute aſsiduè vota facerent. Dum autem hæc ita colloquerentur, ſubvenêre Odetus à Sancto Ioanne unus, è ſex primis ſenatus, & Antonius Chalabrius Villæ longæ Abbas, Mare-*

ſchall

ſchalli Ioyoſani ex ſorore nepos, aliique quamplurimi cum hominum armatorum turba. Cumque his copiis ſenatoriæ partes confirmatæ fuiſſent, jactis prius quibuſdam tormentariis globis, inſulam oppugnare juſsit Bertrandus, Qua quidem expugnata parum cruenta victoria, conjuratorum nonnulli viribus confiſi, fluvium Garumnam tranantes: reliqui vero lyntribus & naviculis ſalutem ſibi pepererunt. Plebeculæ autem Toniſianæ ſupplici ad pedes jacenti venia data, liberatis Reſſeguerio & Papuſio, relictoque præſidio ad inſulæ direptionem prohibendam, Bertrandus, Senatoreſque ſanum D. Mariæ Dealbatæ petierunt, & ſupplicationem Deo ob conſervatam Remp. conſtituerunt. Moris erat ſecundum edictorum principalium præſcripta, ut qui codicillis ſenatoriis frui vellent, frequente ſenatu jurarent, ſe dignitatem illam venali ſuffragio non emiſſe. Cum itaque Gabriel Veſianus vir ornatiſsimus, candidatus ſenatui ſe offerret, & cœtu ampliſsimo judicante probatus eſſet: reliquum erat ut de more juraret. Quod quidem ille ſe facturum denegavit, ingenuè profeſſus codicillos ſe ſenatorios emiſſe. Cumque hoc durum nonnullis videretur. Bertrandus palam teſtatus eſt tantum abeſſe, ut Veſianum damnaret: ut potius candorem animi ſui ſummopere laudandum exiſtimaret. Neque enim honeſtum, perjurio homines in ſenatum ſibi viam quærere, juſtitiæ fundamentum fidem eſſe. Qua autem fide poterat is videri, qui ſciens fallenſque in ipſo juſtitiæ templo pejeraret. Dolendum quidem venales regni poteſtates eſſe; hocque certiſsimum ruituræ Galliæ ſignum. Sed principibus ſic placere, quos legibus ſolutos nemo ignorabat. Pudendum autem ſenatui fore, ſi perjuria non ſolum toleraret: ſed publica etiam auctoritate juberet. Quamobrem jurisjurandi illius formulam, vel potius perjurii licentiam tollendam penitus cenſebat. Cui ſententiæ omnes ad unum aſſenſi ſunt, jusjurandumqne illud abrogatum. Hæc cum domi gererentur, Antonius Scipio Regulus Ioyoſanus Guiſianarum

rum partium in Occitantia princeps, ſecundis quibuſdam præliis adverſus Henricum Mommorenſem uſus, tantam nomini ſuo peperit gloriam, ut nonnulla Galliæ Narbonenſis oppida ei ultrò ſeſe dederint. Inter quæ Carcaſſo florentiſſimum apud Tectoſages oppidum. Cujus deditionis auctor fuit Philippus Rufus, qui magiſtratu in agro Carcaſſonenſi, quem judicem majorem Occitani vocant, fungebatur; vir apud ſuos magnæ auctoritatis, & ob nomen paternum non mediocris gratiæ. Ad defectionem eum impulit libertas civium à Mommorenſe arce munitiſſima oppreſſa, & Franciſci Sabaterii Laborgadei atrociores in eum minæ, & ſeverius imperium. Scipio itaque Joyoſanus in oppidum à Philippo Rufo accerſitus, ut plebis animos ſibi conciliaret, arcem diripit, & Laborgadeum ſenatus regii principem, & Giuronium fiſci patronum captivos retinet. Ambo Scipioni inviſi: Laborgadeus quod poſt necem Guiſianorum fratrum in fide Regis permanens, beneficiorum à Joyoſana familia acceptorum immemor, ad Henricum Mommerenſem tranſiiſſet, & ejus auctoritate fretus omnia in Occitania miſcens ſenatum è Senatoribus quibuſdam qui urbe exceſſerant, & novis extra ordinem allectis conſtituiſſet. Giuronius quod quum cliens, & quaſi dedititius Joyoſanæ familiæ fuiſſet, ingrata oratione non in cauſam, ſed in perſonam invectus, frequenti ſenatu multa in Joyoſanum acerbe & aſpere dixiſſet. Giuronium itaque cervice frangi juſſit. Laborgadeum vero eodem mortis genere affici cupiebat. Quia tamen ſenator magni nominis, & primæ ſententiæ eſſet, in ejus caput nihil injurioſum & hoſtile, præter cuſtodiam auſus eſt afferre, priuſquam Joannis Bertrandi hac de re compertam voluntatem haberet. Maxima itaque qua potuit celeritate, unum ex ſuis, cum litteris & mandatis ad Bertrandum mittit: rogans, ut quæ ipſe de Laborgadeo ſtatuerat, à ſenatu probari curaret. Sed hæc duriora atrocioraque viſa ſunt Bertrando, quam civitas legibus ſtabilita & confirmata pati poſſet:

quam-

quamobrem hanc Joyoſani ſævitiam damnans, reſcripſit ei ſabito, & cum aliqua objurgationis ſpecie. Conſideraret attentius quæ gereret: neminem in caput Senatoris animadvertere poſſe præter ſenatum: Si aliquid privato imperio in Laborgadeum ſtatuiſſet, ſenatum mirum in modum ipſi iratum fore: nec exiſtimaret honeſtum eſſe tanta ſeveritate in regios homines ſævire, & maxime in Senatorem clariſſimum, cui quidem vitio hoc verti non poterat, quod ut ſe à laqueis inimicorum eriperet Toloſa ceſſiſſet, & ſe totum Mommorenſi commendaſſet; humanitatem Duci non minus expetendam, quam rei militaris ſcientiam. Quæ quum intellexiſſet Joyoſanus ſententiam mutavit, & Laborgadeo ſe pecunia redimere permiſit. Qua quidem in re non mediocre lenitatis & magnitudinis animi ſpecimen Bertrandus præbuit. Qui licet cum Laborgadeo maximas ſimultates, atque etiam apertas inimicitias exercuiſſet: pro illius tamen ſalute tanto ſtudio erga Joyoſanum, & frequenti ſenatu agere non deſtitit, quanto amicus pro amiciſſimo agere poterit. Cæterùm quum virtute & prudentia Joannis Bertrandi res urbanæ commodiorem in ſtatum perveniſſent, ſors turbulentis animis novandarum rerum materiam præbuit. Antonio enim Scipione Regulo Joyoſano Occitaniæ Prorege xv. Kal. Nov. ad Villamurium oppidum quod ipſe oppugnabat ſubmerſo & rebus omnibus in exercitu perditis, de Duce novo partium eligendo varia civium ſententia fuit, nonnullique è Proceribus provinciæ jam inter ſe de præfectura contendebant. Cum Bertrandus huic ingruenti malo occurrendum ratus, ſenatum cogit, & Franciſcum Cardinalem Joyoſanum Scipionis fratrem Proregem eligendum eſſe proponit. Quibuſdam hoc durum videbatur & periculoſum: Verebantur enim ne eccleſiaſtici & non militaris viri, nobilitas, legioneſque imperium recuſarent. Quum tamen Cardinales Stroſſam & Armeniacum cum militari imperio Occitanæ provinciæ & civitati Tolo-

ſanæ præfuiſſe Bertrandus dixiſſet, & ſola nominis Joyoſani auctoritate, ſuo quæque in officio contineri poſſe: Cardinalis Prorex Occitaniæ ſenatus decreto factus eſt; mandatumque illi ut provideret, ne quid detrimenti provincia & civitas caperet. Cum tamen paucis abhinc diebus provinciam ille depoſuiſſet, ſenatus nobilitate poſtulante Henricum à Ioyoſa Cardinalis fratrem in cœnobio Capuccenorum Toloſ. inter ſodales tunc commorantem, Occitaniæ Proregem fecit. Sed ne hac in re Chriſtiani nominis religio ulla ex parte læderetur, ſacræ Theologiæ & univerſitatis Toloſanæ collegium coactum eſt: quod nihil contra Chriſtianæ religionis leges fieri pronuntiavit, dummodo hæc auctore ſummo Pontifice agerentur. Bertrandus itaque ſenatus nomine, epiſtolam elegantem & terſam ad Pontificem Maximum Clementem VIII. ſcripſit, ut, quæ à ſenatu acta geſtaque erant, ab ejus Beatitudine comprobarentur.

Summo Pontifici Clementi VIII. Eccleſiæ Catholicæ Patri Sanctiſſ. Senatus Toloſanus

S. D.

ETſi non duditabamus, beatiſſime pater, quin & litteris multorum, & fama denique ipſa de morte clariſſimi Ducis à Joyoſa, hujus Occitanæ provinciæ Præfecti tibi eſſet allatum: tamen exiſtimavimus à nobis quoque nuntium eſſe perferendum, quo ſignificaremus, eam dolore nos, quantum maximum capere potuimus, affeciſſe: Intelligereſque ejus viri eximias excellenteſque virtutes, omnes probos & pios viros ſemper feciſſe maximi. Ex eo die quum in tam repentino caſu, omnes hujus urbis ordines nullum tempus intermitterent de ſalute civium, eorum-

eorumque omnium qui in hac Provincia nobiſcum eccleſiam catholicam ſartam tectam eſſe cupiunt, cogitandi & agendi, ne in variis voluntatibus militem ſine imperatore, hoſtis ad ſuas partes traduceret: aut quorundam circa oppidanorum animi à nobis deficerent, aut illos vis aliqua externa adoriretur. Nullam moram interpoſuimus, quin Cardinali Ioyoſano, Toloſano Archiepiſcopo munus hoc tribueremus. Qui quum non multo poſt illud depoſuiſſet, virum aliquem egregiè fortem, & ſapientem in demortui locum creari placebat, qui hujus tam afflictæ, & tantum non proſtratæ provinciæ rebus ſuccurreret. Unum eſſe dicebant ex Ioyoſana familia Henricum Cardinalis & ipſius Ducis fratrem, nuper in Franciſcanum Sodalitium allectum, pium quidem illum, & probitate innocentiaque præſtantem: ſed in quo ſit præterea eximia belli ſcientia, multis antea præclaris ab eo rebus geſtis parta, à quo ſolo opem auxiliumque provinciales, civeſque noſtri expectare poſſent: moræ periculum, Imperatorum penuriam commemorantes: ſi cunctaretur, à ſingulis factiones perventuras: in pace conſuetudini, in bello neceſſitati eſſe ſerviendum. Nobilitas, quæ hic ob eas cauſas frequens convenerat, ejus imperia æquo animo paſſuram pollicebatur, neque ulli alii concedere in animum inducebat. Quæ cum ille recuſaret, neque convenire iſta ullo modo ſuſcepto à ſe vitæ propoſito oſtenderet: adfuere pii multi ſacrarum litterarum & theologicæ facultatis profeſſores, qui illum in tanto periculi metu & rerum diſcrimine, ad defendendam armis adverſus eccleſiæ Romanæ hoſtes Occitanam provinciam non ſolum excitarunt, ſed etiam impulerunt: apud te ſe ejus rei conſiliique auctores fore. Quibus rebus perſpectis & planè cognitis eam provinciam ei adminiſtrandam armiſque tuendam facto ad hanc rem ſenatuſconſulto commiſimus, exiſtimantes te hoc ratum gratumque habiturum, & quæ in eo cenſuimus, decrevimus, libenter probaturum. Et ſi quid ad id facilius exequendum

pertinet quod à te proficiſci atque impetrari debeat, ſi noſtras ad ejus erga te preces adjungeremus facile conceſſurum. Quod ut facias te etiam atque etiam rogare voluimus. Datum Toloſæ in Parlamento 3. Non. Decemb. anno Domini 1592.

Henrico Joyoſano Prorege facto, induciæ cum Henrico Mommorantio regiarum partium principe in Occitania pactæ, Provinciæ laxamentum aliquod calamitatis dedêre. Sed domi ſubito exarſit nova diſſenſionis occaſio. Quum enim Regulus Joyoſanus poſt ſuſceptam provinciam in curiam veniſſet abſente Bertrando, à nonnullis è ſenatu deriſus, ludibrioſis etiam verbis laceſſitus eſt. Quorum quidem oratione Joyoſani fratres exulcerati, acceptam injuriam eorum relegatione ulciſci ſtatuunt. Quod tamen quum ſine tumultu, Reique publicæ perturbatione fieri non poſſe, judicarent, Cardinalis monachorum concionibus plebem ſuam facere, Regulus autem cohortes in hybernis collocatas accerſere diligenter curarunt: ut populari gratia, ſuiſque copiis confirmati, quamcunque experiri poſſent fortunam. Hæc quidem Bertrandum magna affecerunt ſollicitudine, quod animo cerneret, ſi Joyoſani in ſententia permanerent, civitatem ad vim atque ad arma deſcenſuram. Cui rei ut præverteret, eos privatis admonitionibus ab hoc conſilio revocare tentavit; initioque orationis, non ſolum ſuum in Joyoſanam familiam ſummum ſtudium, ſummamque voluntatem; ſed etiam maxima ſenatus in eos beneficia commemorat. Quod Proreges ipſi à ſenatu appellati eſſent: quod rejecta Mommorenſe familia, principatus provinciæ ipſis eſſet conſervatus. Docebat etiam quæ ſenatuſconſulta, quoties, quamque honorifica in eos facta eſſent. Quamobrem precabatur ne ſenatus auctoritatem imminuere conarentur, à quo tantam honoris & gloriæ amplificationem accepiſſent. Si è ſenatorio ordine quidam partibus ſuſpecti eſſent, non ignorabant de capite Senatoris ſenatum tantum cognoſcere poſſe: accuſationem intentarent, ſenatum eadem æqui-

æquitate qua ſolebat, jus eis redditurum: exemplum patris, & Scipionis fratris ſequerentur, qui in pari cauſa, quæ per vim & ſeditionem fortaſſe aſſequi potuiſſent, per ſenatum conſequi maluerunt. Si in propoſito permanerent, ſenatum ſuo jure uſurum. Orabat denique ut reſpicerent, quam difficile eſſet Senatores expellere, quorum ſalutem neque ſenatus negligere neque civitas quod contra publicam libertatem hoc fieret, levi momento æſtimare poſſet. Sed quum Joyoſani à ſententia non dimoverentur, capitolinos Bertrandus ad ſe vocat, quæ Joyoſani ſtatuerint, exponit, & eos ad publicam libertatem, ſenatuſque auctoritatem tuendam magnopere cohortatur. Qui quum omnem ſuam induſtriam ſenatui Reique publicæ polliciti eßent, & præſidiis per plateas urbis diſpoſitis cuncta ad arma decurrerent; Ioyoſani fratres incertum rerum eventum timentes, Bertrandum rogant, ut motum omnem in urbe pacaret: quæcunque ſenatus vellet, ſe facturos. Poſteroque die Cardinalis in curiam venit, ut ſenatum abalienatum ſibi reconciliaret: multaque in eam rem dixit, quibus familiæ Ioyoſanæ erga ſenatum voluntatem teſtaretur maximam. Bertrandus autem de loco ſuo orationem Principe ſenatus dignam, plenamque gravitatis ex tempōre habuit. Cujus inter præcipua capita, præterire nefas hæc duxi. Senatum vivam Regum imaginem: ut illis, ſic & ipſi, manus oblongas dari. Cæteras Galliæ poteſtates, ut caducas quotidie interire: Senatum vero ut æternum corpus, nec cum ipſa regni machina periturum. Malè ſemper cum illis actum, qui auctoritatem ejus labefactare conati eſſent: patrumque memoria & Pro reges ipſos ex vinculis cauſam dixiße, & adhuc carnificinas ſanguine eorum qui in ſenatum quicquam hoſtile tentarant, rubeſcentes ſpectari. Cujus orationis magnitudine, maximam in ſenatu, & non parvam apud reliquos cives virtutis & conſtantiæ gloriam eſt conſequutus. Cæterùm nec oppreßa Tornerii conjuratione, nec rebus ita conſtitutis, planè confirma-

firmatam ſenatus auctoritatem putavit, quandiu Stephani Durantii Principis ſenatus mortis vindicta ſilentio & timore abolita remaneret. Proponendæ itaque Mercurialis morem jam à quibuſdam annis intermiſſum, renovavit. Cujus caput præcipuum hoc erat, ut de Durantii nece quæſtio decerneretur. Periculoſa & intempeſtiva videbatur hujus rei agitatio nonnullis; qui minime pravum, ſed quidem parvum & parum fortem animum ad Remp. conferebant. Alii vero quaſi providi cives hac una re quietem publicam perturbari, & ab eo bellicum cani dicebant. Nunquam tamen virtus ejus contremuit: ſed conſtanti egregioque animo, ſuam hac de re explicuit ſententiam: in quam S. C. factum eſt. Quod tamen fruſtra ſancitum: edicto regio, rerum omnium amneſtia decreta, & promulgata. Quum autem hæc Toloſæ à Bertrando agerentur, Henricus IV. Galliarum & Navarræ Rex, Lutetiam Pariſiorum à Comite Briſſacio, & civitatis Curatoribus recipitur. Quo Toloſæ renuntiato, variis agitari cœpit urbs motibus, quum quiſque ad ſua deſideria inclinaret animum. Qui enim nomen regium oderant, ſubeunda antequam ei pareretur, cuncta pericula clamabant: jam Hiſpanorum auxilia ditionemque amplexabantur, & extrema quæque cogitatione volvebant. Alii vero qui regiarum partium fautores erant, hoc nuntio quaſi è ſomno excitati, audacter proferunt, victori & Regi parendum: ultima tentanda non eſſe, niſi ad pacem veniamque præteritorum obtinendam; magnum civitati periculum impendêre, niſi ad Regis clementiam confugerent: habere Pariſienſium exemplum: famæque eorum conducere, ut quos ad deficiendum ſequuti erant, eoſdem ad novam Regi fidem præſtandam imitarentur. Clamabant denique non cunctandum: ne ut officio inter ultimos, ita & gratia reponerentur. Periculoſa tamen erat tam ſubitanea illius negotii confectio, quum maxima pars populi in contrariam traheretur partem. Ideoque Bertrandus qui nihil aliud in animo propoſitum habebat, quam civi-

civitatem Toloſanam tot ſeditionum fluctibus, partiumque ventis agitatam, leni concordiæ quietiſque aura ſpirante, ad regis poteſtatem, tanquam ad tutiſsimum portum perducere: longiorem ambitum circuitumque in hujus rei tractatione, quam ardens animus poſtulare videretur, amplecti coactus eſt. Primum itaque tentandum duxit Joyoſani Reguli animum, cujus maxima & in provincia, & in urbe auctoritas erat, & fluctuantes in tam ancipiti rerum voluntatumque conditione cogitationes ejus, ad id unum maximè direxit, ut ipſe ſe à ſenatu non ſejungeret. Rebus igitur hoc modo paulò confirmatis, convocavit ſenatum, qui frequens convenit propter expectationem tanti negotii; unâque cum Regulo Joyoſano decretum eſt, ut legati cum conditionibus ad Regem mitterentur, nomine ſenatus, ipſius Reguli Ioyoſani, & civitatis Toloſanæ; in quibus præter cætera, hoc unum erat caput: ſenatum, civitatemque orare Regem, ut Henrico Ioyoſano præfectura Occitanæ provinciæ confirmaretur. Quum vero Anntonius Chalabrius Villæ longæ Abbas, Petrus Raoüllius, & Franciſcus Salluſtius ſenatus advocati, legati cum mandatis ad Regem profecti eſſent, diverſis denuò conquaſſata eſt urbs motibus. Nonnullis omnes pacis conditiones reſpuendas: aliis vero urbem Regi protinus dedendam, nec ea quæ à legatis geſta erant expectanda cenſentibus. Regulus autem Ioyoſanus, qui nullam ſui rationem hac in deditione ab eis haberi ſatis intelligebat, ſibi ipſi præcavere cœpit, civitates præſidio ſibi confirmare, & voluntates civium ſollicitare. Bertrandus autem qui ſatis ſuperque noverat, quam frangerentur ſenatus opes, Regiſque negotia, ejus disjunctione: in hoc unum maximè incumbebat, ut animum ejus diverſa cogitantem & molientem retineret. Iamque cura ſua naufragium evaſerat civitas, & propemodum in vado ſalutis res eſſe videbatur, quum Bertrandus tot vigiliis curiſque fatigatus, dyſenteria laborare cœpit, & octavo morbi die è vita exceſſit Cal. Novemb. 1594.

1594. Cujus morte luctuoſa ſuis, & acerba patriæ, civitas i[n] veteres ſeditionum ſcopulos recidit: iique caſus eam ſequut[i] ſunt, ut non immerito boni omnes ejus mortem, tanquam publicæ quietis interitum lugerent. Mortuus autem eſt anno ætati[s] ſuæ ſexageſimo ſeptimo, ſuperſtitibus relictis uxore chariſſim[a] Maria à Caſtronovo Servieſia, fœmina primaria, ex nobilioribus Albienſis provinciæ familiis orta, & ex ea ſex liberis: quorum privatis lachrymis, publicus dolor dedit ſe comitem.

INDEX

Juriſconſultorum quorum vitæ hoc in libro deſcribuntur.

Salvius Julianus	pag. 2	Maximus	pag. 183
Æmilius Papinianus	14	Hermogenianus	185
Q. Mutius Scævola	25	Ælius Gallus	186
Sabinus	37	Junius Gracchanus	190
Proculus	47	Cato	192
Alphenus Varus	54	Tubero	193
Antiſtius Labeo	58	Sextus Ælius	198
Neratius Priſcus	70	Publius Mutius	200
Jabolenus Priſcus	74	Brutus	202
P. Juventius Celſus	78	Matcus Manilius	208
Sextus Pomponius	86	P. Rutilius Rufus	212
Aburnius Valens	92	C. Aquilius Gallus	218
Voluſius Mætianus	93	Cajus Juventius	224
Julius Mauritianus	96	Servius Sulpitius	225
Terentius Clemens	97	C. Aulus Ofilius	235
Africanus	98	Aufidius Namuſa	239
Ulpius Marellus	101	C. Ateius Pacuvius	240
Cervidius Scævola	104	Cinna	241
Florentinus	108	Publicius Gellius	244
Titus Cajus	108	L. Tubero	245
Venuleius Saturninus	116	C. Trebatius Teſta	247
Domitius Ulpianus	117	Aulus Caſcellius	253
Tertullianus	135	Cajus Flaccus	258
Papirius Juſtus	139	Fulcinius	259
Julius Paulus	140	Cartilius	260
Claudius Triphonius	157	Puteolanus	261
Calliſtratus	159	Vivianus	262
Arrius Menander	163	Quintus Saturninus	263
Ælius Martianus	164	Minitius Natalis	266
Julius Aquila	169	Bleſus	268
Herennius Modeſtinus	171	Paconius	ibid.
Tarantinus Paternus	175	C. Caſſius Longinus	ibid.
Æmilius Macer	176	Plautius	277
Aurelius Arcadius Chariſius	179	Vindius	278
Licinius Rufinus	180	Valerius Severus	279
P. Furius Antinus	182	Pedius	282

Læ-

Lælius	pag. 284	Arrianus	pag. 301
Atilicinius	285	Varius Lucullus	303
Octavenus	286	Vitellius	304
Sextus Cæcilius	287	Druſus	305
Urſeius Ferox	289	Fufidius	*ibid.*
Papirius Fronto	290	Cœlius	306
Mela	293	Atteius Capitolinus	310
Mecius	294	Nerva	317
Campanus	295	Sextus Pompeius	319
Ariſto	295	Tuſcianus	321
Servilius	300		

TYPOGRAPHUS LECTORI.

Quæ vetus eſt querela, per novorum hominum novas, ac ſæpe etiam numero cacatas, ut ille dicebat, chartas fieri, ut meliorum, qui germana atque liberali doctrina politi fuerunt, ſcripta jaceant; ea me querela movit, perpulitque, uti nihil optare inſtituerim magis, quam ab hac calamitate iſtos heroas liberatos, & ſtatui priſtino quodam quaſi poſtliminio reſtitutos videre, viderique; nam hoc idem eſſe votum eorum, qui veram, non ſimulatam eruditionem affectant, dudum intelligebam. Itaque quantum quidem ipſe præſtare potui, feci ſedulo, ut ejuſmodi notæ atque ordinis ſcriptores aliquot quam emendatiſſimi rurſum in manus hominum redirent; atque adeo & Cragium *de rep. Lacedæmoniorum*, & Paſchalium *de coronis*, correcte, quo ad potuit, nitideque typis meis deſcriptos publico dedi; dedi etiam Labittum, atque cum eo nunc Bertrandum tibi, Benevole Lector, offero, JCtum politiſſimum illum quidem, graviſſimumque, at peſſime priori, hoc eſt, Toloſana editione habitum, ſive typothetæ vitio, ſive etiam culpa heredum, qui cum in adducendis legum capitibus, tum in ipſis rerum argumentis tradendis non nimis intelligentes, aut ut leviore verbo utamur, parum diligentes fuiſſe videntur. Quapropter & ea, quæ ab Ægidio Menagio V. CL. in libro, cui titulum fecit *juris civilis amœnitatum*, quaſi errata Bertrandi ſparſim obſervata notataque ſunt; quæ item ab aliis eruditis hominibus quorum ope conſilio in hac re libenter uſi ſumus, animadverſa; huic noſtræ editioni adjecimus; non reprehendendi equidem tanti viri voluntate, ſed tuo commodo. Utere hac opera iſtorum hominum, & noſtra quam ſi non ingratam tibi accidiſſe oſtendes, porro opera dabitur, ut plurium ejuſdem, id eſt, non publici ſaporis, ſcriptorum copiam habere per nos queas. Ex eorum numero propediem Celeberrimi Viri Jac. Gothofredi *Manuale Juris Civilis* exſpectare, & valere te jubeo.

Lugduni Batav. Anno æræ Chriſtianæ 1675. a. d. XII. Kal. April.

Tuus omni ſtudio

JOHANNES à GELDER

DE JURISPERITIS, LIBER PRIMUS.

LEgimus apud Spartianum, Severum Imperatorem quamplurimas ædes publicas ruinam minitantes & injuriâ temporum labentes, tantâ cum vetuſtatis reverentiâ inſtauraſſe, ut nuſquam propè ſuum nomen aſcripſerit: ſervatis tantùm ubique titulis conditorum. Hæc eadem fere in Juſtiniano antiquitatis obſervantia fuit. Cùm enim leges antiquas jam ſenio prægravatas, Juriſconſultorumque opera penè confuſa & diſſoluta refecit, & renovavit: licèt nomen ſuum præfulgere voluerit; veterum tamen Juris auctorum in primordiis Digeſtorum ſuorum inſcribi nomina uſſit, *ut*, inquit, *manifeſtum eſſet, ex quibus legiſlatoribus, quibuſque libris, & quot millibus hoc uſtitiæ templum ædificatum eſt*; factumque ut uſſerat. Nam exarata cernuntur in omnibus

Pandectarum voluminibus eorum nomina. De quibus eodem quo ille ordine dicere inſtitui, & breviter: non enim ubertatem orationis iſta deſiderant, nec eam hîc cogito conſectari.

SALVIUS JULIANUS.

APud antiquos auctorum nomina, qui cuidam ſcientiæ operam dederant, & de ea ſcripta poſteritati mandaverant, in catalogum redigebantur, qui index vocabatur; ſic indicem Juriſconſultorum Juſtiniani componi curavit, & Seneca mentionem facit indicis Philoſophorum Epiſt. 39. *Sume in manus*, inquit, *indicem Philoſophorum*, *hæc ipſa res expergiſci te coget*, *ſi videris quàm multi tibi laboraverint*, *concupiſces & ipſe ex illis unus eſſe.* Et in his indicibus librorum ab auctoribus ſcriptorum numerus continebatur, ut ex indice Juſtinianeo colligere licet, & ex Ciceronis verbis lib. 2. de Orat. *In Philoſophos veſtros*, inquit, *ſi quando incidi deceptus indicibus librorum*, *quòd ſunt fere inſcripti de rebus notis*, &c. Fiebantque è membranulis, ut eſt apud eumdem Ciceronem. Mirabitur autem fortaſſe quiſpiam, quod Juſtinianus in indice Salvium Julianum primò ſcripſerit, Quintoque Mutio Scævolæ, aliiſque Juriſconſultis illo antiquioribus præpoſuerit: cùm magis congruum videretur, ut hâc in re tempo-ris

ris ſeries obſervaretur, quàm ſi confusè, & ſine ullâ antiquitatis ratione deſcriberentur Juriſconſulti. Verùm hoc ideò factum puto, quòd Salvius Julianus perpetuum compoſuerit Edictum. Imperator autem Juſtinianus ad Edicti perpetui imitationem totum Pandectarum opus confecit. Idcircò æquitati conſentaneum ei viſum eſt, ut qui Digeſtorum quaſi prototypus erat, quemque ad imitandum ſibi maximè propoſuerat, is tanquam primus hujus operis auctor, primum locum occuparet in indice, in quo nomina Prudentum eorumque libros, ex quibus Digeſta compoſita & concinnata ſunt, exarari voluit. Nec enim aſſentior iis qui ſcripſère, Pandectarum opifices, integros non habuiſſe libros Juriſconſultorum: ſed ex fragmentis quibuſdam, quæ in foro circumferebantur, ſingulis prænotatis auctoris nomine librique titulo, hoc opus confeciſſe, & prænotatum libri numerum auctoriſque nomen, ut in his portiunculis invenerant, retinuiſſe. Simile enim veri non eſt, hoc tam magnum opus Juſtinianum, ſive potius Tribonianum ex imperfectis centonibus conſuiſſe. Quin & ipſe Juſtinianus contrarium teſtatur in *orat. ad Senatum & pop. In præſenti autem*, inquit, *conſummatione maximus legum obtinentium congeſtus eſt numerus*, *ex libris raris & qui vix inveniri poterant*, *& quorum nec nomina ne eruditiſſimi quidem in legibus complures*

homines noverant. Quorum ſanè copiam nobis uberrimam dictus glorioſiſſimus Tribonianus præbuit multorum librorum, & qui vix numerari poſſunt ſuppeditatâ multitudine, quibus omnibus perfectè lectis congeſta ſunt hæc volumina, &c. Salvii autem Juliani nomen apud antiquos maximæ commendationis fuit, illudque ipſi Impp. amplificis & honorificis verbis proſequuti ſunt. Julianum enim Impp. fratres amicum, & clariſſimum appellârunt in *l.* 17. *D. de Jure patr.* & Juſtinianus ipſe, ſapientiſſimum, in *Nov.*74. *de liber. quom. eos oport. vel natur. intel.* Tantæ exiſtimationis virum, & diſertiſſimum Juriſperitum, in *l. non ſine C. de bonis quæ lib.* Juris ſublimiſſimum teſtem, in *l. pen. C. de condict. indeb.* & ſummum auctorem Juris ſcientiæ in *l. inter antiquam C. de uſufr. & habit.* & optimum in *orat. ad Senat.* Eum etiam νομικῆς φάος, i.e. *juriſprudentiæ lumen* in veteri quodam Epigrammate Græco nuncupatum legimus.

Τοῦτον Ἰουλιανὸν νομικῆς φάος εἶπον ἰδοῦσαι
Ῥώμη, καὶ Βεροὴ πάντα θεὸς δυνάται.

Ubi tamen corruptè καὶ Βεροὴ exaratum puto: legendúmque Ῥώμη, Βήρυτος. Quamvis enim Beroës civitatis mentio fiat apud auctores, quòd ibi prædicatum ſit à Paulo verbum Dei, ut in Act. Apoſtol. relatum eſt; nuſquam tamen hâc in urbe doctrinam Juris publicè, vel privatim traditam legi. Berytos autem urbs eſt à Pompo-

nio

nio Mela *lib.* 1. *cap.* 12. de ſitu orbis, in orâ primæ partis Syriæ collocata, in quâ celebre fuiſſe legalis ſcientiæ ac facultatis gymnaſium conſtat ex Nicephoro Calliſto *lib.* 14. *cap.* 52. *Eccleſ. hiſtor.* Theodoſii temporibus, atque etiam Diocletiani & Maximiani ex *l.* 1. *C. qui æt. ſe excuſ.* Et Soſomenus *Tripart. hiſt. lib.* 1. *cap.* 10. ait Tryphillum Ledrenſem Epiſcopum, virum eloquio & ſapientiâ, nec non Beryto legibus eruditum. Quamobrem arbitror legum nutricem appellari à Juſtiniano in prooemio Digeſt. Et hâc in re ſimilem Romæ, quam patriam legum idem vocat in *Nov. conſt.* 10. Et Sidonius Apollinaris domicilium legum *lib.* 1. *epiſt.* 6. Rectè autem in Epigrammate Græco Ῥώμη, Βήρυτος tantùm ponuntur, quia prohibitum erat à Juſtiniano in aliis urbibus doctrinam Juris publicè tradere. Sed ut ad Julianum revertamur, non immeritò tot elogiis ornatus eſt, qui maximè nobilis gloriâque clarus ob juris civilis cognitionem fuiſſe dicitur ab Ælio Spartiano, & Edictum perpetuum, ſicuti diximus, compoſuit; ſive ut vult Juſtinianus *orat.* 2. *ad Senatum*, Hadrianus, aſſumpto ad id optimo Juliano. Et ad hunc ſenſum referenda ſunt fortaſſe, quæ ſcribit Nicephorus *lib.* 3. *Eccleſ. hiſtor. cap.* 24. Hadrianum leges ad Draconis & Solonis Athenienſium legiſlatorum imitationem promulgaſſe. Leges enim Romanas ex legibus

Draconis, & Solonis deſumptas eſſe certiſſimum eſt. Hoc autem ei Hadrianus commiſit negotium, quaſi illa quæ jam antè ab Ofilio eâ de re prodita erant, non ſufficerent. Non enim ſparſa Prætorum edicta ſolum compilavit, & in ordinem coëgit Salvius Julianus (ne quis ex verbis Juſtiniani in *l. pen. C. de condict. indeb.* hoc colligat, ubi eum Prætorii Edicti perpetui ordinatorem appellat) ſed etiam de ſuo addidit, quæ ibi deeſſe videbantur; quod ex *l. qui duos de conjung. cum emancip. lib.* manifeſtò apparet. Ideoque Edicti perpetui conditor appellatur in *Conſt. 2. § ſed quia. C. de veteri jure enucl.* & ab Ulpiano Edicti conceptor in *l. 1. D. commod.* Hæc enim verba *qui Edictum concepit* de Juliano explicanda ſunt. Quædam etiam rejecit, quæ neceſſaria non videbantur. Gellius enim meminit Prætorii Edicti, quo Prætor de Veſtalis ſacerdotis, & Flaminis Dialis juramento cavebat. *Flaminem*, inquit, *Dialem, & Sacerdotem Veſtalem jurare non cogam*; cujus tamen capitis Edicti nulla fit mentio à Juliano in ſuâ compoſitione. Quædam porrò immutavit, quæ verè concepta non videbantur: ſicuti videre eſt in *l. 1. D. commodati*, ubi olim Pacuvius Prætor ſic conceperat Edictum de commodato, *Quod quis utendum dederit judicium dabo.* Julianus verò ſic concepit, *quod quis commodaſſe dicetur judicium dabo.* Et Ulpianus in

in *tit. de eo quod met. cauſâ* admonet aliter olim fuiſſe conceptum Edictum Prætoris, antequàm Julianus Hadriani præcepto illud ordinaſſet. Nonnulla denique contra receptam Juriſconſultorum ſententiam ſcripſit, ut teſtatur Calliſtratus in *l.* 1. *C. de jure fiſci*, his verbis: *An bona quæ ſolvendo non ſint, ipſo jure ad fiſcum pertineant quæſitum eſt Labeo ſcribit, etiam ea quæ ſolvendo non ſint, ipſo jure ad fiſcum pertinere, ſed contra ſententiam ejus Edictum perpetuum ſcriptum eſt.* Ceterùm in hâc Edicti perpetui compilatione, ſi quid Julianus dubitatione, vel animadverſione dignum inveniret, alios Juriſconſultos conſulere non dubitavit, quod colligere poſſumus ex *l.* 6. *D. de legat. præſt. contra tab.* quæ Juliani eſt ex *lib.* 23. Digeſtorum; ex quâ conſtat Salvium Juriſconſultum Ariſtonem per epiſtolam conſuluiſſe (ſic enim legendum eſſe in Ariſtone oſtendemus) ſuper hâc parte Edicti, qua *emancipatus acceptâ contra tabulas liberorum poſſeſſione, liberis & parentibus legata præſtare jubetur.* Reſpondetque Ariſto, hanc partem Edicti multas habere reprehenſiones, ut ſæpe ſe animadvertiſſe teſtatur. Tantâ autem ingenii ſedulitate hoc Edicti perpetui opus confectum eſt, ut in poſterum Impp. Romani uti eo, tanquam vero & æquiſſimo jure voluerint. Idcircò Diocletianus & Maximianus illud vocant jus perpetuum in *l. Præſes C. de Appellation.* quod

quidem malè interpretatur Accurſius, Edictum generale in *l. un. C. quando non pet. port.* generale enim Edictum dicitur de ſingularibus Magiſtratuum Edictis, quæ generaliter ad certos ſpectant; ſicut Edictum provinciale Proconſulis de minoribus 25. annis, Cajus generale Edictum appellat in *l. 53. D. de acquir. hered.* Fuit autem hoc Edictum perpetuum à Juliano ordinatum, anno 15. Imperii Hadriani, auctore Euſebio in *lib. Chron.* Præceptorem autem ſe in jure civili Javolenum habuiſſe teſtatur ipſe in *lege 5. D. de manum. vind.* A quo non ſolùm ocioſâ illâ doctrinâ, & in ſcholarum umbris deliteſcente inſtitutus, & imbutus eſt; ſed veram & puram, quæ in ſolem, & lucem perducitur, Philoſophiam hauſit. Cujus præcepta, ita infixa in animo ſemper habuit, ut ad exemplum illius, in Præturâ, & in Conſulatu quoſdam ex ſervis ſuis vindictâ liberaverit, & aliis quibuſdam Prætoribus eum conſulentibus, idem ſuaſerit. Meminerat enim Javolenum præceptorem ſuum in Aphricâ, & Syriâ cum conſilium præberet, ſervos ſuos manumiſiſſe, ut ipſe ſcribit in *d. l. 5. D. de manum. vind.* Litterarum etiam, & rerum cognitionem ita ardenter appetiit: ut & honores aſſequutus, & ſenex in ore habuerit ſemper hæc verba, καὶ τὸν πόδα ἐν τῇ σωρῷ ἔχων προσμαθεῖν τι βουλοίμην, i. e. *etſi pedem in tumulo haberem, addiſcere aliquid vellem* auctore Pomponio in

l. apud

l. apud Julianum D. de fideic. libert. Quam ſententiam vel à Solone accepit, quem M. Tullius in libro de Senectute ait, in quibuſdam verſibus gloriari, ſe quotidie aliquid addiſcentem fieri ſenem: vel illud vetus proverbium imitatus eſt, quod uſurpavit Lucianus in ſectis, καὶ τὸν ἕτερον πόδα φασὶν ἐν τῇ σορῷ ἔχων. Honores autem & Magiſtratus eos geſſit, quos ſummi Juriſconſulti conſequi ſolebant. Hadrianum enim in conſilio eum habuiſſe cum Julio Celſo, Neratio Priſco, aliiſque Juriſconſultis tradit Spartianus in Hadriano: Præturamque urbanam exercuiſſe in Didio Juliano: & Conſulem bis fuiſſe, idem auctor eſt. Julianum quidem Antonino Pio imperante, anno ab Urbe condita 901. Conſulem fuiſſe cum Torquato tertiùm, apud Caſſiodorum *in Chron.* vel cum Torquato ſecundùm, in Faſtis Græcis reperimus. Cuſpinianus quærendum putat, an ille ſit hic Salvius Julianus Juriſconſultus; Onuphrius in Faſtis affirmat, cujus ſententiæ libentiſſimè aſſentior; noſtrum ſiquidem Julianum Divi Pii temporibus vixiſſe, indicant ſatis ipſius verba, quæ ex *lib.* 44. Digeſtorum deſumpta ſunt in *l.* 17. *D. de eo quod met. cauſa.* ubi cùm de Antonini Pii reſcripto ad Claudium Frontinum loquitur, utitur eo verbo *Imperator*, quod de Imperatore regnante, & adhuc vivente ſemper intelligi debere infra oſtendemus. Docent etiam verba

Ulpiani in *l.* 1. *D. ad Senatuſc. Tertull. Et Julianus rectè putat, circa Tertullianum locum eſſe ſuccedenti agnato.* Tertullianum enim S. C. ſub D. Pio factum eſt. Quamobrem Salvium eum eſſe puto, ad quem D. Pius reſcripſit in *l.* 1. *C. ut in poſſ. legat.* De ſecundo autem Juliani Conſulatu, nihil compertum habeo; quandoquidem Julianum, quem Caſſiodorus Conſulem factum eſſe cum Piſone, M. Antonino Vero imperium obtinente ait, 30 anno poſt Torquatum Conſulem III. alium eſſe ab eo, qui cum Torquato Conſul factus eſt, ſeries temporum nos docet. Eumque potius cum Onuphrio exiſtimarem, quem avunculum Didii Juliani Imperatoris fuiſſe, ſcribit Spartianus. Ceterùm Salvius Julianus Inſuber Mediolanenſis fuit, Severi nomen habuit, filiumque genuit Salvium Julianum, teſte Lampridio; cujus apud auctores nulla extat mentio. Sed ex eo habuit Nepotem Petronium Didium Severum, qui pater fuit Didii Juliani Imperatoris. Ex quibus conſtat Julianum Juriſconſultum, proavum fuiſſe Juliani Auguſti, qui poſt Pertinacem imperavit auctore Ælio Spartiano in Didii Juliani vitâ, qui & ipſe Juriſperitus fuit; ut Euſebius in *Chron. & Eutropius lib.* 8. Rerum Roman. ſcripſêre. Quapropter Sextum Aurelium Victorem maximè depravatum eſſe conſtat hoc loco. *At Didius (an Salvius?) Julianus fretus*

Præ-

Prætorianis, quos in ſocietatem promiſſis magnificentioribus perpulerat, ex præfecturâ Vigilum ad inſignia dominatus proceſſit. Genus ei pernobile, juriſque Urbani præſtans ſcientia; quippe qui primus Edictum, quod variè, inconditeque à Prætoribus promebatur, in ordinem compoſuerit. Non enim exiſtimandum eſt Sextum Victorem ignoraſſe non Didium Julianum Imperatorem, ſed Salvium Julianum ejus proavum, Edictum Hadriani temporibus compoſuiſſe. Evidens quippe eſt, librariorum ſolam ignorantiam hoc tam portentoſum mendum in Victore inflixiſſe; quem candori ſuo priſtino reſtituemus, ſi illa verba *An Salvius* tranſpoſita, loco ſuo reddamus, poſt dictionem *quippe* quæ etiam corrupta eſt, & ſic emendemus, *Qui pronepos Salvii.* cùm enim his notis, *pr. np.* verbum *pronepos* ſcribatur, facillimè potuit exemplaribus vetuſtate exeſis, pro his notis, librariorum inſcitiâ *quippe an Salvius* exarari. quæ quidem verba ſubſequentes ſcriptores, cùm ex his nullum aptum ſenſum elicere poſſent, putaverunt ſeparanda, & dictionem, *an Salvius*, in initio hujus loci reponendam: nec tamen fœlicius, quàm alii fecêre. Salvius autem Julianus noſter ſub D. Pio mortuus eſt, & miliario quinto viâ Lavicanâ ſepultus, in monumento, quod ſibi & poſteris ſuis conſtruxit; ut colligere licet ex Lampridio in Didii Juliani vitâ. Sed antequàm

diem

diem ultimum obierit multos de jure Civili ſcripſit libros, quorum plerique in Indice Juſtinianeo reperiuntur; & inprimis.

DIGESTORUM XCIX.

nuncupatione Juriſconſultis familiari. Sic Marcellus, ſic Celſus libros Digeſtorum compoſuêre, quos imitatus Juſtinianus in Pandectarum conſcriptione, Digeſtorum nomine uſus eſt Quod quidem ita uſurpatum, quoniam his in libris deciſiones & diſputationes juris continerentur, & quaſi digeſtæ eſſent, *Orat. Juſtiniani ad Senatum & pop.* In his autem Digeſtorum libris Julianum puto, quæ in Edicto perpetuo continebantur (quod quidem brevi libello complexus erat, auctore eodem Juſtiniano) latiſſimè & fusè explicâſſe. Quædam autem in his libris Scævolam notâſſe deprehendimus ex *l. ſi venditione D. de peric. & comm. rei vind.* Labittus verò nullam legem ex *lib.*4. Digeſtorum depromptam affert. Verumtamen ea quæ ab Ulpiano in *l.7. D. de dolo malo.* ex *lib.* 4. Juliani referuntur, ex *lib.*4. Digeſtorum deſumpta eſſe exiſtimo, & quæ ab eodem Ulpiano in *l. 17. D. ex quib. cauſis majores.* Scripſit etiam Julianus

AD URSEIUM FEROCEM LIBB. QUATUOR.

DE AMBIGUITATIBUS LIB. UNUM.

AD MINITIUM NATALEM, LIBB. SEX.

Minutium legit Politianus *lib.5. Epiſtol.* & Alcia-

ciatus in eâ Epiſtolâ, quam præpoſuit libris Prætermiſſorum, qui verba hæc accipit, quaſi Minitio Julianus libros dicaverit; qui error, quòd facilè appareat ex inſcriptione legis. *cùm res. D. de act. empt. & ex l. Plautius. D. ad leg. Falcid. & l. ſi proprietarius § ult. D. de damno inf.* aliiſque permultis, admonitionem non magnopere deſiderat. Ex *l. Minitius D. de rei vindicat.* apparet, notas quaſdam ad nonnulla ſcripta Minitii Julianum edidiſſe, & ex inſcriptione *l. nec adverſus. D. depoſ.* Etenim ſcripſiſſe de jure Minitium auctor eſt Pomponius, in *l. tenetur. § ſi tibi. D. de act. empti.* quod nos fuſiùs ex aliis Pandectarum locis oſtendemus. Labittus denique nactus videtur codicem, in quo in *l. ex empto. §. denique.* Ulpianus meminit *libri x.* Juliani ad Minitium: cùm in aliis legatur, liber quintus. Verumtamen præter eos libros, quorum extant nomina in Indice Juſtinianeo, ſcripſit tractatum

DE DOTALI PRÆDIO:

cujus meminit Juſtinianus in *l. non ſine. C. de bon. quæ lib.* Item

AD EDICTUM.

quod intelligitur ex inſcriptione legis I. *D. de his qui not. infam.*

ÆMI-

ÆMILIUS PAPINIANUS.

ÆMilius Papinianus, Papiniano Hoſtilio patre, & matre Eugenia Gracili natus eſt: quod ex hâc inſcriptione, quæ Romæ extat, deprehenditur.

ÆMILIO. PAULO. PAPINIANO.
PRÆF. PRÆT. JUR. CONS.
QUI. VIX. ANN. XXXVI. M. IIII. D. X.
HOSTILIUS. PAPINIANUS.
EUGENIA. GRACILIS.
TURBATO. ORDINE. IN. SENIO.
HEU. PARENTES. INFELICISS.
FILIO. OPTIMO. P. M.
FECERUNT.

Socinus in *l. cùm avus, D. de condit. & demonſtr.* ſcripſit, temporibus Sixti Summi Pontificis urnam argenteam Romæ repertam, cum aliâ quâdam de Papiniano inſcriptione; quam, quòd ſubruſtica ea mihi viſa eſt, hîc tranſſcribendam eſſe non putavi. Fuit autem Papinianus Cerbidii Scævolæ præceptis, & inſtitutis eruditus; tum multo rerum aulicarum uſu, morum integritate, Juris Civilis ſcientiâ maximam eſt gloriam conſequutus. Argutum genus ſcribendi habuit cum acumine ſententiarum, & ſtudio verborum venuſtatis. Itaque diſertiſſimi nomen meruit, in *l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit.*

ſtit. Neque illum puduit ſi quâ de re melius cogitâſſet, mutare ſententiam, quod ex *l. qui. §. ſed cùm C. de furt. & ſerv. corr.* licet cognoſcere. Non enim ita deſtinatis ſententiis conſecratus fuit, ut judicio ſuo (quanquam erat acerrimum) magis tribuerit, quàm ratio veritatis ferre poſſet. Quamobrem à Sabino facilè ſe vinci paſſus eſt, in contrariam ſententiam eum vocante, in *l. ſi vendito. D. de ſerv. export.* Quod ſi in Papiniano viro excellentibus animi dotibus prædito, ingenio acutiſſimo, & diſciplinâ juris eruditiſſimo ferendum eſt, quòd quandoque ſibi minimè conſtans, convenienſque fuerit; ne id quidem vitio verti noſtris temporibus debet in tam multiplici ſinuoſâque hujus ſcientiæ tractatione, cùm & Imperatores ipſos, qui jus conſtituunt, ſuas leges emendare non pigeat, ut ſcribit Juſtinianus *Novell. Conſt.* 122. & *Conſt.* 22. Papinianum Diocletianus in *l. utero, C. de præd. minor.* prudentiſſimum virum appellat; Juſtinianus in *l. cùm acutiſſimi C. de fideicom.* acutiſſimum, & merito ante alios excellentem; in *§. ſed quia Inſtit. de fideic. hered.* hominem excelſi ingenii; in *Nov.* 4. & in *l. generaliter §. cùm autem C. de inſtit. & ſubſtit.* magnum Papinianum; in *Nov.* 108. prudentiſſimum. Nec immeritò tot elogiis ab Impp. ornatur; Juſtinianus enim narrat, ante ſua tempora, qui jus civile docebant, pro more inſtitu-

tutoque majorum, & propter nimiam Papiniani ſubtilitatem, non niſi tertio anno auditoribus ſuis ejus ſcripta explicâſſe: nec illa quidem omnia, ſed VIII. tantùm libros, ex XIX. ejus Reſponſorum. Ideoque tertii anni auditores Papinianiſtæ vocabantur: ac quò magis tanti viri nomen commendaretur, primi dies quibus illi ejus ſcriptorum adyta penetrabant, feſti atque ſolemnes celebrabantur. Quas inſtitutas ceremonias Juſtinianus, in præfatione ſuâ in Pandectas, continuandas perſequendaſque in poſterum voluit: cavitque mutato eorum librorum ordine, quæ ab Anteceſſoribus juris ſtudioſis dabantur addiſcenda. *Et maneat* (inquit) *viri ſublimiſſimi Præfectorii Papiniani per hoc in æternum memoria, hocque termino tertii anni doctrina concludatur.* Imperatores verò Theodoſius & Valentinianus in *l.* 1. *de Reſponſ. prud. C. Theod.* cùm animadverterent Juris Civilis populi Romani multiplicem cognitionem, diverſaſque & in omnes partes diffuſas diſputationes, quædam aliorum Juriſconſultorum ſcripta probârunt, quædam improbârunt; Papiniani quicquid erat retinuerumt, & de diſcrepantibus eorum ſententiis in hæc verba ſanxerunt: *Ubi diverſæ ſententiæ proferuntur potius numerus vincat auctorum; vel ſi numerus æqualis ſit, ejus partis præcedat auctoritas, in quâ excellentis ingenii vir Papinianus emineat, qui ut ſin-*

ſingulos vincit, ita cedit duobus. Ad eam tamenConſtitutionem obiter adnotabimus, quod de Notis Pauli atque Ulpiani ſequitur, tranſpoſitum malè à librario quodam. Debent enim, meo judicio, quod & ſenſus orationis deſiderat, poſt illa verba *ita cedit duobus*, illa ſubſequi, *ubi autem pares ſententiæ recitantur, quarum par cenſetur auctoritas, quod ſequi debeat, eligat moderatio judicantis.* Tum poſteà, *Notas Pauli, atque Ulpiani in Papiniani corpus factas, ſicut dudum ſtatutum eſt, præcipimus infirmari. Pauli quoque ſententias ſemper valere præcipimus.* Ordine enim orationis inverſo, non ſolùm ordo rerum; ſed etiam ratio ipſa omnis plerumque invertitur. Ex his conſtat, primas ſemper apud doctos in jure Papinianum tenuiſſe. Unde non miror D. Hieronymum ſagacis ingenii, variæque doctrinæ virum, eum tanti feciſſe, ut ſub ejus nomine univerſum jus Romanum comprehenderit, divoque ipſum Paulo Apoſtolo conferre non dubitaverit in Epitaphio Fabiolæ Æliæ. Multos autem Papinianum diſcipulos habuiſſe, ſcribit Lampridius in Alexandro Severo, Fabium videlicet Sabinum, Sabini inſignis viri filium; Domitium Ulpianum; Ælium Gordianum, Gordiani Imperatoris patrem; Julium Paulum; Claudium Venatum; Pomponium; Alphenum; Africanum; Florentinum; Martianum; Celſum; Proculum; Mo-

deſtinum. Ex quibus in præfecturâ Prætorianâ duos habuit aſſeſſores, Paulum, & Ulpianum: unum ad memoriam, alterum ad libellos. Paulus enim in *l. lecta*, *D. de reb. cred.* ſe Papiniano præfecto Prætorio aſſediſſe ſcribit. Libellis etiam Papinianus præfuit, ejuſque libellos agentis meminit Tryphoninus in *l. Reſcriptum D. de diſtract. pign.* Advocatus etiam fiſci fuit poſt Severum, cui ſucceſſit, ut auctor eſt Ælius Spartianus in Antonino Caracallâ. Præfecturam autem Prætorianam Baſſiani temporibus geſſit, cujus juſſu nefariè trucidatus eſt, qui ne voce quidem nutuve lædi debuerat. De cujus morte ſcripſit Spartianus in Baſſiano, quæ quidem ut apertè, ejuſque cauſa innoteſcat, ipſiſſima ejus verba referam. *Scio* (inquit) *de Papiniani nece multos ita in litteras retuliſſe ut cædis non adſciverint cauſſam, aliis alia referentibus; Sed ego malui varietatem* (ſic enim legendum, non, ut vulgò, *veritatem*) *opinionum edere, quàm de tanti viri nece reticere. Papinianum amiciſſimum fuiſſe Imperatori Severo, &, ut aliqui loquuntur, affinem etiam per ſecundam uxorem memoriæ traditur: ad hoc præcipuè utrumque filium à Severo commendatum, eumque cum Severo profeſſum ſub Scævolâ, & Severo in advocatione fiſci ſucceſſiſſe, atque ob hoc concordiam fratrum foviſſe, egiſſe quinetiam ne occideretur, cùm jam de inſidiis ejus Baſſianus quereretur, atque ideò unà*

unà cum his qui fautores fuerant Getæ à militibus non ſolùm permittente, verùm etiam ſuadente Antonino occiſum. Multi dicunt Baſſianum occiſo fratre illi mandâſſe, ut & in Senatu pro ſe & apud Populum facinus dilueret, illum autem reſpondiſſe. Non tam facilè parricidium excuſari poſſe, quàm fieri. Eſt etiam hæc fabella, quòd dictare noluerit orationem, & conſtat eum quaſi fautorem Getæ occiſum eſſe. Ex quibus diſcere poſſumus, quâ integritate mentis, animique puritate vixerit Papinianus, qui rem iniquam imperanti Principi parêre noluerit. Et è contra, quàm damnandus Neotericus ille Juriſconſultus, qui in libris ſuis de Republicâ Papinianum noſtrum reprehendit, quòd hâc in re Imperatoris dicto audiens non fuerit. Meliuſque Pompeius Trogus apud Juſtinum *lib.* 16. *Hiſtor.* à quo Papinianum tam pium reſponſum deſumpſiſſe auguror, de parricidio ab Antipatro in Theſſalonicem matrem perpetrato, ſcripſit hæc aurea verba: *In parricidio nulla juſta cauſa ad ſceleris patrocinia prætexi poteſt.* Fertur autem Papinianus cùm raptus à militibus ad palatium traheretur occidendus, prædivinâſſe dicendo: Stultiſſimum fore, qui in ſuum ſurrogaretur locum, niſi appetitam crudeliter præfecturam vindicaret. Securi autem percuſſus eſt à milite, cui Baſſianus dixit: Gladio te exſequi oportuit meum juſſum, auctore Spar-

 tiano.

tiano. Tractum ejus cadaver per plateam fuit, ſine aliquâ humanitate. Filium Papinianum habuit, qui quæſtoriam dignitatem conſequutus eſt, quemque idem Baſſianus interfecit eodem Spartiano auctore. Ceterùm libri quos Papinianus compoſuit, in Indice recenſentur.

QUÆSTIONUM LIBRI XXVII.

In Codice Florentino ΚΥΑΙΣΤΙΟΝΟΝ ΒΙΒΛΙΑ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ ΕΠΤΑ. Juſtinianus in dicta *Novell.* 108. *in §. novimus, citat ex* 19. *libro Quæſtionum*, ſapientiſſimum (ſic enim loquitur) Papiniani dictum. Gratus autem hic fuit Quæſtionum tractandarum modus aliis quoque Juriſconſultis, nempe Q. Mutio Scævolæ, Calliſtrato, Paulo, Mætiano, Tertulliano. Quæſtionis vocabulum tractatuſque videtur confundere Aphricanus in *l. qui quadringenta. D. ad leg. Falcid.* Ex Paulo verò *libro* I. *Quæſt.* colligi videtur in omni quæſtione tractatum præmitti, in *l. Neſennius. D. de negot. geſt.* Seneca *lib. Controverſ.* tractationem appellat, & à quæſtione differre tradit. Sed Accurſius in dictâ *l. qui quadringenta*, ex Iſidoro differentiam eſſe commonſtrat, qui definit tractatum unius rei multiplicem expoſitionem. qui locus refertur etiam ab eodem Accurſio in *l. fin. D. ſi pars hered. pet.* Hanc tamen veriorem differentiam exiſtimo, ſcilicet: Quæſtio-

ſtionem eſſe appetitonem cognitionis, ex Cicerone *lib.* 4. *Academ.* Tractatum verò explicationem, ſive agitationem, ut loquitur Paulus *l.* 1. *§. veteres D. de acquir. vel amitt. poſſ.* ejus rei quæ tractatur. Quod ſatis probatur ex Ulpiano *lib.* 31. *ad Edictum in l.* 59. *D. pro ſocio*, & ex *Afric. lib.* 4. *Quæſt. in l.* 19. *§. in propoſito D. ad Senatuſc. Vellejan. l. qui bonâ fide §. ſi quis, D. de acquir. rerum dom.* Hocque ipſa verborum Græcorum vis indicat. Tractatus enim apud Græcos dicitur διάληψις, quod verbum à διαλαμβάνω deſcendit, quod *explico* ſignificat. Sic enim apud Theophraſtum ἐπὶ τὸ πᾶν διαλαβεῖν, ab interprete dicitur, *in univerſum explicare*; atque ita διάληψις, rectè vertitur, *explicatio ejus rei quæ tractatur.* Quæſtio autem à Græcis appellatur πρόβλημα, quod à verbo προβάλλω deſcendit, quod *dubito* ſignificat. Sic enim Tuſanus hæc verba Nazianzeni προβεβλημένα διανοήματα, *dubias cogitationes* interpretatur. Unde & πρόβλημα quod quæſtio appellatur, dicitur dubitatio apud Ciceronem, vel dubia propoſitio *lib.* 7. *Epiſt. ad Attic. Et ſimul tu hoc διευκρινήσεις πρόβλημα ſane πολιτικόν.* Quod contra Manutium particulæ, *aut*, *vel*, quæ ſequuntur, apertè demonſtrant: quæ tantùm ad dubium ſignificandum apponuntur. Neque enim ut plurimum certa & vera ſunt, quæ in his libris Quæſtionum referuntur; ſed potius veriſimilia. Hocque ſatis

 argu-

argumento eſſe poteſt, quod hoc verbo, *conſtat*, his in libris Juriſconſulti non utantur. Quod quidem jus certum Juriſconſultorum demonſtrat, auctore Cicerone in Orat. pro Flacco: *Retulit*, inquit, *ad Juriſconſultos, conſtabat inter omnes*. Sed his verbis dubium deſignantibus, *poteſt dici*, ut Papinianus *lib.* 27. *Quæſt. in l. ſi ſtipulatus D. de uſur.* & illis: *facilius putabo*, ut Paulus in *l.* 34. *D. de negot. geſt.* Denique dicendum eſt, in Quæſtione tractatum ſæpè inſpici, teſte Paulo in *l.* 5. *D. de præſc. verb.* & ipſo Papiniano *l.* 6. *§. ſi ædes D. ſi ſerv. vind.*

RESPONSORUM LIBRI XIX.

in Florentinâ editione RESPONSON BI'BAIA ΔΕΚΑΕΝΝΕΑ. Reſponſionum corruptè legitur apud Politianum. Verum autem hunc numerum librorum eſſe apparet, ex §. tertio vero anno. præfationis Juſtiniani in Pandectas. Qui tanto in honore fuêre, ut ante Juſtiniani inſtitutum Juris Civilis conſtituendi, proponerentur in ſcholis legendi. Citatur ex his locus quidam à Diocletiano in *dictâ l. utero*; alius in *d. l. cùm acutiſſimi.* is ſiquidem locus eſt, qui extat in *l. cùm avus.* 102. *D. de condit. & demonſtrat.* & in *l. generaliter. §. cùm autem. de inſtit. & ſubſtit.* Alius ab eodem Juſtiniano in *l. ſi teſtamentum C. eod. tit.* ipſius Papiniani verbis (niſi me judicium fallat meum) expreſſus; ſunt enim gravia, ſonantia, & non vulgata.

Eſt

Eſt præterea ex iiſdem libris præclara ſententia in *l. ſi quando. §. illud de inoff. teſtam. Meritis magis filios ad paterna obſequia provocandos, quàm pactionibus aſtringendos.* Quæ quidem Papinianum maximè redolet. Fuit enim pietatis patrum erga filios, & filiorum erga parentes pius æſtimator. Sic in *d. l.* cùm avus pro liberis conjecturâ pietatis reſpondit: & pro parentibus in *l.* 15. *D. de inoff. teſtam.* Meminit Juſtinianus libri quinti Reſponſorum in *§. item qui. de excuſat. tut. in Inſtit. Liber* XVI. totus de Reis capitalium criminum erat. Hunc autem Reſponſorum morem à Papiniano, aliiſque Juriſconſultis obſervatum, cùm quid cuique viro reſponderint, condemnat Craſſus *lib.* 2. *de Orat. apud Ciceronem. Credo*, inquit, *ut putaremus in hominibus, non in re, conſultationis, dubitationis cauſſam aliquam fuiſſe.* Ceterùm ex præfatione Juſtiniani in Pandectas colligi poteſt, hæc Papiniani Reſponſa Paulianis multò difficiliora fuiſſe, quòd illa diſcipuli per ſemetipſos recitabant: hæc autem Profeſſores diſcipulis explicabant. Sequuntur poſtea in Indice,

DEFINITIONUM LIBRI DUO.

qui Regulas juris continebant.

DE ADULTERIIS LIBB. DUO.

Libri tantùm ſingularis mentio fit in Indice vulgato, cùm tamen primi, & ſecundi in pleriſque legum inſcriptionibus exſtent veſtigia. Ad

primum pertinet *l. 28. etiam D. de fundo dot.* Ad ſecundum *l. ſi pœnituit D. de divort.* Ad eum verò librum notas ſcripſit Mætianus, ſi Martiano credimus, in *l. qui pupillam. D. ad l. g. Iul. de adulter.*

ἈΣΤΥΝΟΜΙΚῸΣ ΒΙΒΛΊΟΝ ἝΝ.

Ἀστυνόμια Ædilitas; ἀστυνόμικα νόμικα Ædilitiæ leges apud Ariſtotelem in politicis libris; & verè ἀστυνόμικα; propriè enim hæ leges ad curam Urbis, viarumque ejus pertinebant. Unde Ulpianus in *Comment. in orat.* Demoſthenis contra Timocratem eos patres appellat. Hique ἀστύνομοι Magiſtratus, functionis rationes reddebant auctore Demoſthene in dicta Orat. Quamobrem Plato *lib. 6. de legib.* de his Ædilibus loquens, hanc legem ponit: δικαστὴν δὲ καὶ ἄρχοντα ἀνυπεύθυνον, οὐδένα δικάζειν καὶ ἄρχειν δεῖ πλὴν τῶν τὸ τέλος ἐπιτιθέντων οἷον βασιλέων. Cujacius autem *lib. 22. Obſervat. cap. 31.* rectè notat differentiam inter ἀστυνόμους, & ἀγορανόμους. quæ deſumpta eſt ex Platone dicto *lib. 6. de legib.* ut hi rerum venalium curam; illi viarum & ædificiorum haberent. In Gloſſario autem Ædilis ἀγοράνομος eſt. Quid verò in hoc ſingulari libro contineretur, cognoſci poteſt ex *l. 1. D. de viâ publ.* diverſum ſcilicet ab Ædilitio Edicto, quod interpretatum à Paulo, & Ulpiano inter Pandectarum titulos numeratur.

Q. MUTIUS SCÆVOLA.

Q. Mutius Scævola ex Mutiâ familiâ fuit, Scævolæque cognomen hereditarium ab Q. Mutio Scævolâ, qui Porſennam interficere tentaverat, acceptum retinuit. Patrem P. Mutium Scævolam habuit, ut colligitur ex fragmento Capitolino CRASSUS.... Q. MUTIUS P. F. & ex Pomponio in *l. 2. D. de orig. jur.* qui Conſul fuit cum L. Calphurnio, anno ab Urbe conditâ 620. quo anno Tiberius Gracchus ſeditione ortâ occiſus eſt. Avum autem habuit P. Scævolam qui Conſul fuit anno 578. cum M. Lepido, ut Annales Caſſiodori teſtantur; quem de Liguribus triumphâſſe apparet ex fragmento quodam Capitolino, quod Sigonius in Commentariis Faſtorum explicat. Quintus verò Mutius noſter fuit homo omnium diſciplinâ Juris eruditiſſimus, ingenio prudentiaque acutiſſimus, & oratione maximè limatus; ita ut à Craſſo Juriſperitorum eloquentiſſimus, & eloquentium Juriſperitiſſimus appellaretur *lib. 1. de Orat.* quod tamen elogium Cicero, tanquam Craſſo & Scævolæ debitum, eis æqualiter tribuit in Bruto; Craſſum enim eloquentium Juriſperitiſſimum: Scævolam Juriſperitorum eloquentiſſimum appellat, quem ſeveriorem Craſſo in dicendo fuiſſe teſtatur. Hanc au-

tem eloquentiæ facultatem, Q. Mutius domeſticâ conſuetudine acquiſiit, eodem Tullio auctore; Juris verò Civilis ſcientiam tanquam gentilem hereditatem à majoribus accepit; multos ſiquidem Mutios Juriſperitiſſimos fuiſſe legimus. ideòque Symmachus *lib.* 3. *Epiſt.*23. Mauritiano ſcribit: *Tenet te eruditio Scævolarum, dum forenſes rabulas pervigil doctor inſtituis.* & Antonius apud Ciceronem 2. *de Orat.* *Iſtam oſcitantem & dormitantem Scævolarum*, &c. id eſt Juris Civilis *ſcientiam.* & *lib.*1. *Patrimonium Scævolarum.* Ludum ſcruporum Q. Mutius Scævola amâſſe videtur ex Quintiliano *lib.* 2. *cap.* 2. quo ex ludo memoria ejus maximè commendatur; cùm enim calculum prior promoviſſet, eſſetque victus; dum rus tendit, repetito totius certaminis ordine, quo dato errâſſet, recordatus, rediit ad eum quî cum luſerat, iſque ita factum eſſe confeſſus eſt. Optimè etiam pilâ luſiſſe traditur, & ad hoc diverticulum animum forenſibus miniſteriis fatigatum, transferre ſolebat auctore Valerio *lib.* 8. *cap.* 8. Tantâ autem nominis famâ floruit, ut omnes in Repub. maximos honores conſequutus ſit; Tribunus enim plebis fuit anno poſt Tribunatum Craſſi, de cujus tamen Tribunatu nihil memoratu dignum invenitur, niſi Craſſum eo in Roſtris ſedente Serviliam legem ſuaſiſſe. Omnibus verò aliis in magiſtratibus collega

ega fuit L. Craſſi. unde collega, & æqualis à
Craſſo appellatur *lib.* 1. *de Orat.* præterquàm
n Cenſurâ. neminem enim unquam Scævo-
arum, magiſtratum eum petiiſſe ſcribit Cicero
n Bruto. Conſules itaque ſimul fuere, anno ab
Urbe conditâ 658. & ab his lata eſt lex Mutia
Licinia de regundis civibus, ut in ſuæ quiſque
us civitatis redigeretur; multi enim Italiæ po-
puli cupiditate Civitatis Romanæ tenebantur,
& Romano jure uti volebant. Quæ quidem lex
(quamvis eorum Conſulatu, pacem domi fo-
riſque fuiſſe, Julius Obſequens teſtetur in li-
bello de prodigiis) graviſſimum bellum, quod
poſt triennium exortum eſt, procreavit, aucto-
re Cicerone *de Offic.* & Aſconio Pædiano in
Orat. de Majeſtate. Eorum etiam Conſulatu
multa prodigia accidiſſe, agnum videlicet bici-
pitem, puerum tribus manibus, totidemque
pedibus natum, aliaque multa Julius Obſequens
ſcriptis reliquit. Poſt Conſulatum autem Aſia
provincia ei obvenit; cujus adminiſtratio ita
laudata, ut Senatus iis, qui ad eam regendam
mitterentur, exemplum Scævolæ decreto ſuo
proponeret apud Valerium Maximum *lib.* 8.
Pontificatum denique Maximum adeptus eſt,
 quo ſacerdotio denominatur; quapropter,
quàm à vero aberrent, qui putant eumdem eſſe
hunc Scævolam P. M. cum Augure, dignoſcitur
ex Tullii verbis in Dialogo de Amicitia; ubi
ait

ait ſe à L. Mutio Scævolâ Augure, à cujus ſenis latere non diſcedebat, ad Q. Mutium Scævolam Pontificem Maximum ſe contuliſſe. Et de Augure intelligenda ſunt, quæ de L. Scævola tradit Valerius *lib.* 8. *cap.* 13. ea enim Auguri tribuit Cicero pro Cornelio Balbo. idcirco Valerius clariſſimum legum vatem appellat, alludens ad nomen Auguris, qui & Vatem ſignificat, iiſque nominibus promiſcuè utitur Cicero de Naturâ Deorum. Ceterùm inter oratores ſui temporis præcipui nominis fuit: & inter varias & multiplices cauſas quas egit, celebris eſt C. Coponii adverſus L. Craſſum, quæ magno concurſu, magnaque omnium expectatione agitata eſt. Cujus quæſtio apud Ciceronem *lib.* 1. *de Orat.* hæc deſcribitur: Paterfamilias qui gravidam uxorem putabat, poſtumum inſtituit heredem: & ſi poſtumus mortuus fuerit, antequam in ſuam tutelam veniret, M. Curium heredem eſſe voluit. Ex hâc conditione lis orta eſt, poſtumus ſiquidem nullus fuit; atque ita Craſſus qui Curium defendebat, Curium ſubſtitutionis jure heredem eſſe dicebat. Hac enim mente eum fuiſſe, qui teſtamentum feciſſet, ſuſtinebat, ut ſi filius non eſſet qui in tutelam veniret, M. Curius heres eſſet. Q. verò Scævola qui pro Coponio defuncti agnato agebat, ex ſcripto teſtamentorum jura defendebat, negabatque niſi poſtumus & natus, & antequam in

ſuam

uam tutelam veniſſet mortuus eſſet, heredem
um eſſe poſſe, qui eſſet ſecundum poſtumum,
natum, & mortuum heres inſtitutus, atque
a ad Coponium jure agnationis hereditatem
ertinere; cùm is poſtumus nec natus, nec mor-
uus ſit. Quæ res nos docet, Scævolam jus te-
amentorum calluiſſe, & illorum quæ in *l.* 73.
D. de Reg. jur. traduntur ex libro ſingulari
ὅρων, auctorem fuiſſe. Strenuam itaque & foro
Reipublicæ navans operam, & inter Civita-
s Principes conſtitutus, ad ſenectutem uſque
ixit. In quâ tamen infirmiſſimâ valetudine
uit, auctore Cicerone 4. *ad Attic.* ſive ut idem
oquitur pro C. Rabirio præpeditus morbo,
ancus, & membris omnibus captus. Nunquam
men Rempublicam deſeruit, ſed cùm Syllanis
Marianis partibus tota civitas divideretur,
yllam acriter ac forti animo ſequutus eſt, ac
ndem à Mario interfectus, cùm ad proſcrip-
onem fugiendam, aram Veſtæ amplexaretur.
ujus mortem his elegantiſſimis verbis proſe-
uutus eſt D. Auguſtinus *lib.* 3. *de Civit. Dei,*
ap. 28. *Mutius Scævola Pontifex Max. quo-
am nihil apud Romanos templo Veſtæ ſanctius
abetur, aram ipſam amplexus occiſus eſt,
nemque illum qui perpetuâ curâ virginum
mper ardebat, ſuo penè ſanguine extinxit.* Et
ap. 29. *Marianis autem partibus quid ſan-
um, cui parcerent fuit, quando Mutio, Civi,
Se-*

Senatori, Pontifici aram ipſam ubi erant, ut ajunt, fata Romana, miſeris ambienti amplexibus, non pepercerunt? Miror D. Auguſtinum inter tot elogia, Juriſconſulti epitheton omiſiſſe: cùm hâc in arte princeps fuerit, primuſque jus civile conſtituerit auctore Pomponio in *l.* 2. *D. de orig. jur.* generatim illud in libros decem & octo redigendo. Cautionem etiam invenit quæ ejus nomine Mutiana in Jure appellatur, primuſque cautionum formam introduxit. Unde hæc cautio remedium appellatur in *l. Mutianæ. D. de condit. & demonſtr. & in l.* 79. ad cujus exemplum aliæ etiam cautiones, quæ poſteà introductæ ſunt remedia vocantur: ut cautio illa uſusfructus à Senatu inventa, remedium dicitur in *l.* 2. *D. de uſufr. earum rerum*, ab Cajo. Unde illa verba *l. ſi uſus fructus D. de jure dot. Quidam ergo remedii loco* cautionis loco explicanda puto, ratioque noſtra confirmabitur, ſi eam legem ex Pomponio *lib.* 8. ad Q. Mutium deſumptam dixerimus. Cujus cautionis utilitas conſiſtit in conditionibus quæ in non faciendo ſunt conceptæ, in *d. l. Mutianæ D. de cond. & demonſtr.* Et quæ morte legatariorum finiuntur *l.* 73. *D. eod.* Balduinus exiſtimat Q. Mutium aliam cautionem legi Miſcellæ adjeciſſe, hocque conjicit ex verbis *Nov.* 22. *cap.* 43. ſecundum Haloandri verſionem & lectionem; qui προσνομοθετήσας legit, & interpretatur *appo-*

appoſuit; quod ſi verum eſſet, ſequeretur legem Miſcellam antiquiorem Scævolâ fuiſſe: vel latam Scævolæ temporibus, quod tamen Cujacio diſplicet, qui leges Juliam & Papiam, legem Miſcellam arbitratur. Hoc ex lege 62. auguratur, quæ ex Clementis libris ad leges Juliam & Papiam deſumpta eſt; de lege tamen Miſcellâ videtur loqui. Cùm verò leges Juliam & Papiam, novas leges vocari ab Ulpiano in *l. ult. D. de Reg. Caton.* tradit *libro* 14. *Obſervat. cap.* 4. deſtruit omninò ſententiam ſuam. Lex enim Miſcella à Juſtiniano lex vetuſta, lex antiqua παλαιὸς νόμος nuncupatur, *d. Novell.* 22. Ideoque & perperam Senatuſconſultum illud, quod circa legem Juliam Miſcellam factum eſſe traditur in *l.* 3. *C. de indictâ viduit.* malè trahit ad Senatuſconſulta Calviſianum & Perniciaуnum; primum enim de Senatuſconſulto loquitur *l.* 3. non de Senatuſconſultis: deinde Ulpianus *tit.* 16. horum Senatuſconſultorum mentionem facit, ea circa legem Miſcellam facta eſſe non ſcribit, nec circa leges Juliam Papiamque Popæam. Dicemus itaque contra Balduinum, nullum Q. Mutium legi Miſcellæ cautionem adjeciſſe, ſed illam Mutianam cautionem, de quâ loquuti ſumus, à juris auctoribus ad conditiones etiam legis Juliæ Miſcellæ productam fuiſſe, quod ſatis colligitur ex verbis *d. Nov.* 22. *cap.* 43. quamobrem in *l.* 2. *C. de ind. viduit.*

& l.

& *l.* 3. cùm de cautione Mutiana Juſtinianus ſcribit, non ait eam factam ſuper legem Miſcellam, ſed ſic loquitur: *Et lex Julia Miſcella cedat cum Mutiana cautione ſuper hoc introducta*, 1. ſuper conditionibus ad nuptias ſpectantibus, quod apertiſſimè diſtinguit in *l.* 3. his verbis: *Etiam expreſſim ſancimus legem Juliam Miſcellam; & Senatuſconſultum, quod circa eam factum eſt, nec non Mutianam cautionem quæ ſuper talibus nuptiis introducta eſt.* ubi dictio illa, *introducta* magnopere notanda eſt, cujus vis eſt, ut ſignificet generalem illam cautionem jam à Mutio inventam, quæ ad alia negotia trahi ſolebat, ad tales nuptias, vel ad conditiones, quæ circa has nuptias ſpectant, applicatam eſſe à Prudentibus. Sciendum enim eſt, cautionem Mutianam locum habere in legatis & fideicommiſſis ſub conditione non faciendi relictis, in hereditatibus ſub eâdem conditione relictis, *l. Mutianæ. l. is qui. D. de condit. & demonſtr.* in mortis causâ donationibus, & in his conditionibus legis Miſcellæ. Quæ quidem cautio tam utilis reperta eſt, ut in his rebus in quibus ipſa cautio Mutiana interponi non poterat, Imperatores introduxerint quamdam cautionem ad exemplum Mutianæ, quam velut Mutianam vocant *l.* 72. *D. de condit. & demonſtr.* Scripſit etiam Q. Mutius

LIBROS ὉΡΩ͂Ν,

ut

ut ex indice Juſtiniani apparet.

Libros Juris Civilis decem et octo. quibus ut ſupra dixi jus Civile in artem redegit, quod ad ejus exemplum Cicero conceperat, ut ipſe teſtatur. Ad hos libros pertinent ea, quæ extant in *l. penum D. de penu leg. in l.* 19. *D. de auro, & arg. leg. in l. Mutius. D. pro ſocio. Lib.* 2. meminit Ulpianus in *l.* 27. *D. de auro, arg. leg.* & quæcumque ex Mutio in illo titulo adferuntur ex *lib.* 2. deſumpta ſunt. Ad quos libros ſcripſit notas Pomponius, ut ex indice apparet: quas, *lectionum libros ad Q. Mutium,* nominavit; in quorum nono ſententias Mutii refert varias, ut colligitur ex *l. ſcribit. D. de auro, arg. leg.* cujus extrema verba non indignam diſcuſſionem merentur. *Quod ſi,* inquit, *legâſſet uxori aurum, quod ejus cauſâ paratum erit, tunc rectiſſimè ſcribit Q. Mutius, ut hæc ſcriptura habeat in ſe demonſtrationem legati & argumentum. Ideoque ipſo jure alienata libra auri, amplius quatuor pondo non remanebunt in obligatione, nec erit utendum diſtinctione quâ ex cauſâ alienaverit teſtator.* Jacobus Cujacius hæc verba corrupta exiſtimat, ſicque reſtituere tentat *lib.* 2. *Obſervat. cap.* 35. ut pro *demonſtrationem legati & argumentum* legamus *diminutionem legati & augmentum.* Et ſanè *demonſtrationem*, ſi hâc in lege legeremus, contrarium ſibi Pomponium faceremus, qui in *l. nu-*

per. D. de leg. 3. ſic ſcribit: *Labeo tamen ſcripſit etiam in futurum tempus collatum hunc ſermonem, qui meus erit, pro demonſtratione accipiendum: ſed alio jure utimur.* hocque & Julianus confirmat in *l. Stichum D. de legat.* 1. qui hoc verbum *Erit* non demonſtrationem, ſed conditionem in ſe continere ſcribit. nec enim hæc verba *magis conditionem legato injeciſſe, quàm demonſtrare voluiſſe* comparativè, ut Gloſſa exiſtimat, intelligenda ſunt; licèt eam Bartolus & Paulus ſequantur, ut ſcilicet conditionem & demonſtrationem hæc ſcriptura *Stichum, qui meus erit cùm moriar*, contineat, ſed magis conditionem, quod ex *l.* 19. *§. hæc ſcriptura. D. de condit. & demonſtr.* liquet. Julianus ſiquidem hoc loquutionis genere uſus eſt; quia Proculejani qui à Labeone deſcenderant hæc verba *qui meus erit* demonſtrandi cauſâ concepta eſſe dicebant, *d. l. nuper.* Ipſe verò qui Capitonis præceptis ut Sabinianus, adhærebat, vult oſtendere ex ipſis verbis, patremfam. magis, i. potius conditionem legato injeciſſe, quàm demonſtrare voluiſſe. quod ex ſequentibus legis verbis manifeſtum redditur, & ex Pomponio in *d. l. nuper.* Sabinianæ ſectæ Juriſconſulto, cùm ait: *Plane in mortis tempore collatum hunc ſermonem: veſtem, quæ mea erit, ſine dubio pro conditione accipiendum puto.* Rectè itaque *demonſtrationis* dictio ut adulterina à Cujacio hâ

in

in lege damnatur: cur autem dictionem illam *argumentum* reſpuerit non video; minus cur legat *diminutionem legati & augmentum*. Dictio quidem *diminutionem* mentem Juriſconſulti non turbat, ſed quomodo ſcripturam illam augmentum in ſe habere Pomponius ex Mutio dixerit, ignoro, cùm ſequentia verba contrarium arguant. *Augmenti* itaque verbum hoc in loco rejiciamus, reſtitutâ antiquâ & communi dictione, *argumentum*, ſicque ex conjecturâ legamus, *ut hæc ſcriptura habeat in ſe demum detractionem legati. Et argumentum ex eo quòd ipſo jure, &c. Argumentum i.* ex verbis Mutii colligitur, ut alienatâ librâ auri ipſo jure amplius quatuor pondo non remaneant in obligatione, nec utendum erit diſtinctione, quæ in ſuperiori caſu expreſſa eſt. Non enim diminuere legatum dicitur vel diminutio legati, niſi à Marcello ſemel in *l. ex aſſe*, *D. ad leg. Falcid.* ſed minuere legatum vel diminuere ex legato, ut ex dictâ lege apparet, *l. ſi peculium. D. de pecul. leg. l. Lucius, D. de alim. legat. l. Neſennius §. ſi debitori, D. ad leg. Falcid. & in l. denique D. de pecul. leg.* æs alienum diminuitur, legatum minuitur. Detrahi autem legatum dicitur paſſim à Latinis Juris auctoribus pro minus eſſe in legato: ut ab Ulpiano in *d. l. denique §. item ſi ſervo*; à Cajo in *l. 78. D. ad leg. Falcid.* & alibi: *Argumentum* autem hoc loco retinemus

mus rectè, uſitata loquutione à Pomponio. Sic eodem verbo uſus eſt in *l. ſi uſus fructus D. quando dies legat. vel fideic.* & Africanus in *l.* 21. *§. quod ſi ſtipulator. D. de fidejuſſ.* & in *l. qui negotia §. nec huic ſimile D. mandati.* Hocque magis moveor ad hanc lectionem probandam, quòd magis veſtigia communis, quàm Cujaciana retinet. Cæterùm præter ea, quæ apud Juris conditores de Mutii præceptis leguntur, quædam ab aliis auctoribus referuntur. Gellius *lib.* 5. *cap.* 19. tradit jusjurandum, quod in arrogando juraretur, à Q. Mutio Pontifice Maximo conceptum fuiſſe: & *lib.* 7. *cap.* 15. hanc ejus ſententiam affert. *Quod cui ſervandum datum eſt, ſi is uſus eſt, ſive quod utendum acceperit, ad aliam rem atque accepit, uſus eſt, furti ſe obligavit.* qui locus nos admonet ex his libris Ulpianum in *l. ſi ut certo §. commodatum. D. commod.* à Q. Mutio depromſiſſe ſententiam eam de commodato, quam ipſe veriorem eſſe ſcribit. Et Pomponius, cum dubitaretur, an uſu mulieri relicto poſſet illa & cum marito habitare, Q. Mutium primum admiſiſſe dicit. Hunc, Macrobius *lib.* 1. *cap.* 3. *Saturnal.* ſcribit ſe legiſſe, *dicere ſolitum non eſſe uſurpatam mulierem quæ cum Calend. Januariis apud virum matrimonii cauſa eſſe cœpiſſet, ad diem quartum Calendas Januarias ſequentes uſurpata eſſet*, ubi quidam legendum putant, *uſurpatum*

tum eſſet: ego ex Gellio *lib.* 3. *cap.* 2. *uſurpatum iſſet.* Q. etiam Mutii Scævolæ mentionem facit Feſtus, in verbo Nefrendes. *Nefrendes*, inquit, *dictos aſſerit Provintus* lego *Quintus Mutius Scævola arietes, quòd dentibus frendere non poſſint.*

SABINUS.

PLures fuere Sabini Juriſconſulti. Fuit Cælius Sabinus, cujus Pomponius meminit in *l.* 2. *de orig. jur.* Fuit Vitellius Sabinus, uit Juventius Sabinus, ad quem reſcriptum D. Pii extat in *l.* 1. *D. ad Senat. Sillan.* Fuit Sabinus vir Conſularis, ad quem Lampridius it Ulpianum libros ſcripſiſſe. Eum intelligit, quem bis Conſulem imperante Antonino Caacalla liber Cuſpiniani & Caſſiodorus produnt. ecundum Conſulatum, alii cum Venuſto: lii cum Annullio geſſiſſe aſſeverant. ſed Onuhrius ad veritatem propiùs accedere putat eos, ui Annullinum ei in ſecundo Conſulatu collecam adjiciunt; Id confirmat ex antiquo tubulo lumbeo, in quo

Q. AQUILIUS SABINUS II.
& S. AUR. ANNULLINUS

eguntur. cujus ſententiam probare puto *legis* . *ſubſcriptionem C. de quæſt.* quæ eſt pars reripti Imperatoris Antonini, ubi ſic exaratum

 eſt:

eſt: *PP. V. Calendas Apr. Sabino & Annullino Coſs.* Hunc Imp. Heliogabalus juſſit occidi vocato Centurione: ſed Centurio, inquit Lampridius, aure ſurdior imperari ſibi credidit, ut urbe pelleretur: hocque fecit; ſic vitium Centurionis Sabino ſaluti fuit. Habuit filium, Fabium Sabinum, Catonem ſui temporis dictum, qui eodem Lampridio auctore cum Ulpiano, Paulo, aliiſque ejus ætatis Juriſconſultis, Alexandrum Severum ex bono principe meliorem fecit. ſed dubitat Politianus pater ne, an filius de Jure ſcripſerit. Hi tamen alii ſunt ab hoc Sabino, de quo inpræſentiarum ſermo eſt, & cujus in Indice Juſtinianeo fit mentio, Maſſurius enim Sabinus vocatur. Quapropter facilè crediderim allucinatum fuiſſe Lampridium, cum retulit, Ulpianum ad Sabinum Conſularem Fabii patrem libros ſcripſiſſe, cùm ad Sabinum Maſſurium ſcripſerit: quod ex §. 1. *de hered. inſtit. in Inſtit. & ex l. cum in libris C. de hered. inſtit.* comprobatur. Et verò etiam in inſcriptione *l.* 1. *de legation.* fit mentio libri VIII. Ulpiani ad Maſſurium Sabinum, & lex *falſus creditur in §. qui alienum D. de furt.* ſi cum his quæ à Gellio tradita ſunt *lib.* 10. *cap. ult.* conjungatur, videtur non mediocriter fulcire hanc ſententiam: quandoquidem quæ Gellius ex libro Maſſurii Sabini de Jure Civili 2. verba protulit, ea ib

al

ab Ulpiano *lib.* 41. ad Sabinum conſcripta feruntur. Quibus in locis admonendus lector eſt, animadverſiones quaſdam & notas Ulpianum in illis libris ad Sabini ſcripta edidiſſe, quemadmodum ſuprà de Juliani libris ad Minitium diximus: tantumque verba hæc *Ulpianus lib. 41. ad Sabinum* valere, quantùm illa *Ex Sabino.* Aſſentior & Labitto, exiſtimanti Sabinum, cujus fit mentio in *l. quæſitum §. ſed & ſi de fundo inſtr. in l. qui penum de penu leg. in l. tutorem §. denique de his quib. ut indign.* Maſſurium Sabinum eſſe; quem ex plebe natum ob virtutem & JurisCivilis cognitionem eximiam, in Equeſtrem ordinem relatum fuiſſe credendum eſt, jam grandem natu, & annorum ferè quinquaginta auctore Pomponio *l. 2. de orig. jur.* ei enim amplæ facultates non fuere: ſed plurimùm à ſuis auditoribus ſuſtentatus eſt, eodem teſte. Quamobrem eum probitate & ſapientia inſignem facit Athenæus *lib.* 14. his verbis: Μασούριος ἄπαντα ἄριστος καὶ σοφὸς καὶ οὐδενὸς δεύτερος: i. e. *Maſſurius omnino bonus & ſapiens, & nulli ſecundus.* & merito nulli ſecundus dicitur, primas enim inter Juriſconſultos eum tenuiſſe, videntur demonſtrare hæc verba Gellii *lib.* 14. *cap.* 2. *Atque in rerum quidem diffiſſionibus, comperendinationibus & aliis quibuſdam legitimis in rebus ex ipſa lege Julia, & Sabini Maſſurii, & ex quorumdam aliorum Juriſperitorum*

 com-

commentariis commoniti, adminiculati ſumus. Sabinum enim ſolum, tamquam præſtantiorem, nomine proprio deſignat; alios verò, veluti Deos minorum gentium, ſilentio prætermittit. ſicut Arrianus *lib.* 4. in Epictetum, legibus naturæ potius parendum eſſe ait, quàm Maſſurii i. juris civilis; quaſi in Maſſurio totum jus civile reſideret. quem locum imitatus videtur D. Hieronymus de Papiniano loquens: *Aliæ*, inquit, *ſunt Cæſaris leges, aliæ Chriſti: aliud Paulus noſter, aliud Papinianus præcipit.* Eò videtur ſpectare Perſius *Satyra* 5.

Vindicta poſtquam meus à Prætore receſſi
Cur mihi non liceat, juſſit quodcumque voluntas,
Excepto ſi quid Maſuri rubrica vetavit.

ubi obiter adnotabo, in manuſcripto, quem penes me habeo, exaratum eſſe: *Maſſura rubrica vetavit.* nec certè malè; cùm Maſſurius duplici *ß* ſcribatur apud Græcos, & Latinos auctores. Cæterùm lectioni Græcorum poëtarum operam dediſſe, manifeſtò apparet ex *l.* 1. *D. de contrah. empt.* ubi Homeri verſus ab eo citati referuntur; linguæ tamen Græcæ perfectam cognitionem non habuiſſe, atque in eo à Paulo reprehenſum, quòd verſus Homeri, qui permutationem ſignificare videbantur, pro emptione afferret. Augurem quidem Maſſurium fuiſſe, vel de jure Augurii ſcripſiſſe apparet ex Plinio *lib.* 10. *cap.* 7. Nullum autem magiſtratum eum

geſſiſſe

geſſiſſe quidam putant; nec Pomponius ullius mentionem facit in *d. l.* 2. eſt tamen antiquus nummus, qui Sabini cujuſdam Triumviri meminit; ſic enim inſcribitur:

SABINUS TURPILIANUS III. VIR.

quem Maſſurium aſſeverare auſim; Maſſurius ſiquidem Sabinus, Tiberii Cæſaris temporibus floruit, ut ex Pomponio conſtat: ipſeque Maſſurius Tiberii meminit *lib.* 11. Memorabilium, ut relatum eſt apud Gellium; hic autem Triumvir Tiberii ſæculo vixit; Turpilianus enim collega Conſul fuit anno urbis conditæ DCCCXIII. cum Pæto, ut liber Cuſpiniani, & Caſſiodorus teſtantur, XXIII. annis tantum poſt mortem Tiberii Cæſaris. Cæterum Maſſurius Sabinus cùm in equeſtrem ordinem relatus fuit, impetravit à Cæſare Tiberio, ut populo reſponderet, jam grandis natu & ferè annorum quinquaginta: hocque ex antiquo Romanorum more, apud quos ſenectutis non inertis gratum honeſtumque munus erat, conſulentibus reſpondere, auctore Cicerone *lib.* 1. *de legib.* unde apud eumdem *lib.* 1. *de Orat.* Craſſus interpretationem juris, non ſolùm ad uſum forenſem, ſed etiam ad decus, ſenectutem comparaſſe ait. quò induci debet illud Ovidii *lib.* 9. *Metam.*

Jura ſenes norint.

atque id munus, vel domi exercebant, vel traverſo foro deambulantes; fuiſſe enim id in-

ſigne, Cicero ſcribit *lib.* 3. *de Orat.* eum qui id ageret, facere civibus omnibus conſilii ſui copiam. Ad illos verò plerique Juris Civilis diſcendi ſtudio ventitabant. Quamquam enim ſe ad docendum non darent, tamen, ut ait idem Tullius in Bruto, conſulentibus reſpondendo, ſtudioſos audiendi docebant: quod & Athenis olim factitatum exiſtimo, indeque Romam allatum. quamobrem Demoſthenes in *Orat. in Euergum* ait, Juriſconſultos quos adierat, ei dixiſſe, an ſibi de jure reſponderi, vel conſilium dari vellet. Hoc autem munere reſpondendi, nulla publica auctoritate: ſed privata ſtudiorum ſuorum fiducia fungebantur. Conſulebatur aliquando unus ſolus: aliquando plerique ſimul. Quare recte apud Alphenum legitur in *l.* 17. *D. ſi ſervit. vind. Annio conſilium omnes Juriſperiti dederunt.* Aliquando cùm unum conveniſſent, ejuſque reſponſo vel conſilio non contenti, propter idem negotium alios prudentes conſulebant, ut colligitur ex *l.* 16. *D. de inſt. vel inſtrum.* quæ ejuſdem Alpheni eſt. Aliquando etiam ipſi quid de re, de qua conſilium petebant judicarent, enarrabant, ut patet ex *l. ult. D. de minor.* Et qui conſulebantur, plerumque Judicibus ipſis ſcribebant, aut teſtabantur, qui illos conſuluerant, auctore Pomponio in *d. l.* 2. *D. de orig. jur.* Hocque obtinebat ante D. Auguſtum, qui primus, ut

major

major juris auctoritas haberetur, conſtituit, ut ex auctoritate ejus reſponderent: & ex illo tempore peti hoc pro beneficio cœpit. Quod tamen poſtea ab Hadriano remiſſum eſt, cùm ab eo viri Prætorii peterent, ut ſibi liceret reſpondere; reſcripſit eis, hoc non peti, ſed præſtari ſolere: & ideo delectari ſe, ſi qui fiduciam ſui haberet, populo ad reſpondendum ſe præpararet, eodem Pomponio auctore. Renovatum deinde morem ab Auguſto inſtitutum, videtur innuere Juſtinianus in *Inſtit. tit. de Jure natur. gent. in §. Reſponſa*: additque, poſt id tempus ſententias & opiniones eorum, qui hoc beneficium obtinuiſſent, tantùm ponderis ac momenti habuiſſe, ut ab his recedere judici non liceret. quod quidem Tribonianus, ut Theophilum taceam, de ſuo adjecit: non enim credibile eſt rem tam notam & cognitione digniſſimam, ſi fuiſſet, Pomponium hominem peritiſſimum Romanæ vetuſtatis, atque hic ex profeſſo illam indagantem, reticere voluiſſe: aut certè, tantæ antiquitatis effigiem quibuſdam aliorum monumentis expreſſam haberemus. Quin imò quamplurimùm ſententias Juriſconſultorum ab ipſis Imperatoribus & judicibus ſequutas non fuiſſe conſtat: ut Pauli ab Antonino in lege *Æmilius Larianus D. de minor. 25. ann.* & à Prætore fideicommiſſario, in *l. quæſitum. §. penult. D. de legat. 3.* in qua mulieri tamquam advo-

advocatus aderat. Adeſſe enim conſueverant Juriſconſulti aliquando ut advocati, vel ut advocatis rationes juris ſuggererent *l. moris. D. de pœn.* niſi malimus dicere id, quod Tribonianus aſſerit, ſub noviſſimis Imperatoribus conſtitutum: atque ita Pomponii ætate non factum. Hoc tamen non ſilendum puto, cùm quis offerebat preces Imperatori, eum apponere ſolitum ſententias Juriſconſultorum, qui pro eo ſentiebant. Hoc colligitur ex *l.* 14. *C. de præd. & aliis reb. min.* ubi Impp. Diocletianus & Maximianus reſcribunt Phrominio. *Utere viri prudentiſſimi Papiniani reſponſo, cæterorumque quorum precibus feciſti mentionem, ſententiis.* & ex *l.* 12. *C. de legat.* Imperatores etiam reſcripta ſua Juriſconſultorum ſententiis fulciebant: ſic Alexander in *l.* 4. *C. de contrah. & commit. ſtipul.* reſcribit Sabinæ: *Secundum reſponſum Domitii Ulpiani Præfecti annonæ, Juriſconſulti, amici mei, ea quæ ſtipulata eſt cum moreretur, &c.* & frequentiſſimè qui Juriſconſultos conſulebant, principum reſcripta in libello eis oblato apponebant, ut in *l.* 87. *D. de legat.* 2. is qui Paulum conſuluit, Alexandri reſcriptum ad Julianum in libello poſuit. Cæterùm Maſſurius Sabinus ſecundum Auguſti inſtitutum, Tiberii auctoritate, populo reſpondit: & in juris diſciplina Capitonis ſectam ſequutus eſt; cujus erat ſumma, non recedere ab his quæ tra-

tradita erant: cùm Labeo plurima innovaret. Ejus ſcripta apud poſteros maximæ auctoritatis fuere. In indice Juſtinianeo recenſentur tantùm

JURIS CIVILIS LIBRI TRES.

Sic & in indice Græco, βίβλια τρία. Sparſa autem quædam in his libris fuiſſe de Operis libertorum, videri poteſt his verbis, ex *Satyra* 5. Perſii depromptis.

Vindicta poſtquam meus à Prætore receſſi,
Cur mihi non liceat, juſſit quodcumque voluntas,
Excepto ſi quid Maſuri rubrica vetavit.

Gellius verò *lib.* 2. Juris Civilis, quod jumentorum cauſa apparatum eſſet, quibus dominus uteretur, penori attribuiſſe Maſſurium Sabinium ſcribit *lib.* 4. *cap.* 1. Ex 3. *lib.* idem Gellius hæc verba tranſpoſuit *lib.* 5. *cap.* 13. *In officiis apud majores ita obſervatum eſt: primùm tutelæ, deinde hoſpiti, deinde clienti, tum cognato, poſtea affini; de qua cauſa fœminæ viris potiores ſunt habitæ, pupillarique tutelæ muliebris prælata; etiam adverſus quem affuiſſent, ejus filii tutores relicti in eadem cauſa pupillo aderant.* Omnes officiorum gradus his verbis expoſuit, cùm Cicero *lib.* 1. *de Offic.* Deorum tantùm, patriæ, parentumque expreſſiſſet: reliquos verò his verbis, *deinceps gradatim reliqua reliquis debeantur*, comprehendiſſet. Ad hos libros pertinere arbitror, quod Plinius ſcribit

bit *lib. 7. cap. 5. Maſſurius*, inquit, *auctor eſt, Lucium Papirium Prætorem, ſecundo herede lege agente, bonorum poſſeſſionem contra eum dediſſe, cùm mater partum ſe XIII. menſibus diceret tuliſſe, quoniam nullum certum tempus pariendi ſtatutum videretur.* Scio Cujacium in Nov. Juſtiniani 39. *decem menſibus* legere. ſed de ea re quid ſentiendum ſit, non eſt præſentis diſquiſitionis. Illa etiam quæ aſcripſit idem Gellius *lib. 11. cap. 18.* ſunt ex Maſſurio. *Manifeſtum*, inquit, *furtum, ut ait Maſſurius, quod deprehenditur, dum fit; faciendi finis eſt, cùm perlatum eſt, quò ferri cœperat.*

Scripſit præter hos libros indicis Juſtinianei

De indigenis commentarios

qui citantur à Gellio *lib. 3. cap. 9.*

Libros Fastorum

auctore Raphaële Volaterrano *lib. 9. Anthropologiæ.*

Libros Memorabilium

quorum meminit Paulus *Juriſc. in l. Maſſurius D. de verb. ſignif.* Gellius *librum primum Memorab.* citat *lib. 5. cap. 6.* & Nonius Marcellus in verbo *Strigoſus* Maſſurii *lib.* 8. quem puto Memorabilium; tot enim libros, niſi Memorabilium, edidiſſe non legi. Quædam refert ex Maſſurio Macrobius *lib. 1. cap. 10. Saturnal.* de Angerrona, & Plinius *lib. 16. cap. 18.* auctorem profert Maſſurium, feciſſe paſtores, qui rapue

rapuerunt Sabinas, de ſpina faſces nuptiales. Compoſuit etiam librum

De triumphis Romanorum

ex Plinii *lib.* 15. *cap.* 29. ex quo verba deſumpta certiſſimum eſt, quæ de Maſſurio ab eo traduntur *cap.* 30.

Libros ad Edictum Prætoris Urbani, quorum quintus citatur à Paulo in *l. ſuo victu D. de oper. libert.* Et

Lib. Adsessoriorum

cujus meminit *l.* 5. *§. hac lege D. de injur.*

Librum de furtis,

unde multa ſumpſiſſe Gellium & Macrobium notavit Bernardinus Rutilius.

PROCULUS.

Licinius Proculus vir pravus & callidus, urbanæ militiæ impiger, auctore Tacito, præfectus prætorio fuit ſub Othone, in eo bello quod ab Othone contra Vitellium geſtum: Honor quidem nomenque penes Titianum fuit fratrem Othonis; jus verò ac poteſtas penes Proculum præfectum, qui tamen nec auctoritate nec imperio proſpere, vel prudenter uſus eſt. Othonianum enim exercitum amiſit cum pugnare contra Vitellium infeliciter eum coegiſſet, abnuentibus Celſo & Paulino, qui militem itinere feſſum, ſarcinis gravem ſubjicere hoſti

hoſti imprudentiæ eſſe cenſebant; Titianus tamen & Proculus ubi conſiliis vincebantur, ad jus imperii tranſibant: profligato tandem ſuperatoque exercitu, Vitellii victoris poteſtati ſe ſubmiſit, quem tamen triſti mora ſqualidum tenuit Vitellius, donec auditus, neceſſariis magis defenſionibus, quàm honeſtis uteretur, teſte eodem Tacito *lib.* 18. *Annal.* Quædam tamen pro Othone in Republica non inutiliter geſſit, poſt ſeditionem illam quàm prope urbi excidio fuiſſe ſcribit idem Tacitus *lib.* 15. cum milites quibuſdam Tribunis & ſeveriſſimis Centurionum obtruncatis palatium petiiſſent, ubi Otho ſplendidum & magnificum convivium primoribus fœminis viriſque celebrabat, milites una Proculus cum Plotio Firmo alloquutus manipulatim eſt, ex ſuo quiſque ingenio mitius, aut horridius: finis autem ſermonis in eo, quinque millia nummûm ſingulis militibus numerarentur. Nepos autem Proculus Sempronii cujuſdam fuit, ut ipſe teſtatur in *l.* 47. *D. de legat.* 2. *Sempronius*, inquit, *Proculo nepoti ſuo ſalutem*, quem conſuluit, utrum Titius centum & quinquaginta, an centum dumtaxat habiturus ſit, cum binæ tabulæ teſtamenti eodem tempore exemplarii cauſa ſcriptæ, ut vulgo fit, ejuſdem patrisfamilias proferuntur, & in alteris centum, in alteris quinquaginta aurei Titio legati ſunt. Eum etiam conſuluit

luit Licinius Lucuſta per epiſtolam, quæ extat *lib.* 8. *Epiſt.* ut apparet ex *l.* 48. *D. eod.* Hiberi etiam cujuſdam familiaris fuit, ut apparet ex *l.* 13. *D. de Servit. Urban. præd.* Cæterùm Nervæ Juriſconſulto Proculum ſucceſſiſſe, atque auctoritate anteceſſiſſe C. Caſſium Longinum Pomponius refert. Plurimum enim ipſe potuit in jure tractando: unde non tenuis juriſconſultus appellatur à Divis fratribus in *l. Divi D. de jure patron.* tenuit enim certam quandam propriamque viam, in multis articulis tractandi atque explicandi Juris Civilis. Atque ejus tempore juriſprudentiæ ſcientia, in duas diviſa eſt familias. qui enim inſtitutionem ejus ſequuti ſunt, Proculeiani vocati, ad differentiam eorum qui Caſſii ſectatores erant, qui Caſſianorum nomen obtinuerunt; diſſimilis enim diverſaque doctrina eorum fuit: unde Proculeianos diverſæ ſcholæ auctores appellat Juſtinianus *tit. de empt. & vendit.* §. *diverſæ ſcholæ*, & *tit. de mandato* §. *is qui exequitur in Inſtitut.* Loci quidam eorum controverſiæ leguntur in *l. ſi idem.* §. *fin. D. de Juriſd. omn. jud.* Proculus in communi actione plurium perſonarum ſingulas partes ſpectandas eſſe dicebat circa jus dicentis juriſdictionem; Caſſius totam rem. Deinde in *tit.* 11. fragmentorum Ulpiani eum Proculeiani dicebant eſſe puberem, qui 14. annos impleviſſet; Caſſiani verò eum, qui habitu

corporis pubes appareret, i. qui generare poſſet. Juſtinianus in maribus Proculeianorum ſententiam probavit in *§. 1. quib. mod. tut. finitur in Inſtit.* Sic in *l. 79. D. de petit. hered.* Si poſt litem conteſtatam mancipia aut jumenta aut pecora deperierint, damnari debere in ſpecialibus petitionibus Proculo placet; Caſſius contra ſentit; Paulus tamen in prædonis perſona Proculi ſententiam laudat: in bonæ fidei poſſeſſoribus Caſſii. Habemus etiam in *l. 7. §. 7. cùm quis D. de acquir. rerum domin.* Proculi & Caſſii controverſiam; cum quis ex aliena materia ſpeciem aliquam ſuo nomine fecerit: Proculus enim Nervam ſequùtus, putat hunc dominum eſſe qui fecerit; Caſſius vero & Sabinus qui materiæ dominus fuerit. ſed Cajus, ſi ſpecies ad materiam reverti poſſit, Caſſii ſententiam ſequitur: ſi non poſſit reverti Nervæ & Proculi. Nota eſt item celebris illa diſſenſio inter Proculeianos, & Sabinianos ſive Caſſianos, cujus fit mentio in *l. poſſideri. D. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* an duo unius rei poſſeſſores inſolidum eſſe poſſint, Sabino exiſtimante poſſe; Proculo verò non conſentiente, qui à Trebatio & Labeone cœptam controverſiam auxere. ſed Proculi ſententia poſteriori ætate recepta eſt, ut ex *d. l. poſſideri* conſtat. Sabini autem & Trebatii probatam ſententiam Ciceronis temporibus apparet ex Oratione ejus pro Quintio

Pro

Proficiſcenti, inquit, *tibi in poſſeſſionem Prætor ipſe, Sex Nævi, palam dicit, ita poſſideto, ut tecum ſimul poſſideat Quintius.* Denique non omittemus diſceptationem illam, quæ ample deſcribitur à Paulo in *l.* 1. *D. de contrah. empt.* utrum ſine nummis venditio eſſe poſſit, veluti ſi ego togam dedi, ut tunicam acciperem, Caſſio & Sabino emptionem & venditionem eſſe exiſtimantibus; Nerva vero & Proculo permutationem, non emptionem: Caſſius & Sabinus auctoritate Homeri utebantur ex *Iliad.* ζ *&* η deſumpta; Proculus item & Nerva eodem auctore utuntur, licet hoc à Paulo traditum non ſit in *d. l.* 1. ſed Tribonianus id teſtatur apud Juſtinianum. *tit. de empt. & vendit. §. ſed Proculi:* ubi tamen notandum, verba Servii Virgilii interpretis in 3. *Georg. Apud majores omne mercimonium in permutatione conſtabat, quod & Cajus Homerico confirmat exemplo*, non de Cajo Juriſc. qui Hadriani temporibus vixit intelligenda, ut quidam magni nominis vir arbitratur, eò fortaſſe deceptus, quod Servius aliquando illius auctoritate utatur: ſed de Cajo Caſſio, Caſſianæ & Sabinianæ ſectæ parente, ut ex ſuperioribus verbis Triboniani apud Juſtinianum *d. tit. de empt. & vend.* conſtat: qui Caſſium hujus ſententiæ auctorem profert. Sæpiſſime enim & ab ipſis Juris auctoribus Caſſius ſub nomine Caji ſolo citatur, ut à Javo-

leno in *l. ſi quis. D. de condit. & demonſtrat. & in l. ſi alieni. D. de ſolut.* quod earum legum inſcriptiones ſatis docent. Veruntamen exploſa à Paulo Caſſianorum ſententia, Proculi prævaluit; & meritò, inquit Juſtinanus *d. tit.* quod & ipſe aliis Homericis verſibus adjuvaretur, & validioribus rationibus argumentaretur. Ex quibus obiter animadvertendum puto, quanto in precio Homeri opera à Proculo, & aliis Juris auctoribus habita fuerint, cum quæſtionem juris difficillimam Homericorum verſuum auctoritate decidendam putarint: ſic Martianus, ſive potius Caſſius (verba enim Caſſii ea eſſe exiſtimo) ex Homeri Odyſſeæ loco ſues gregatim paſci, & ideo pecorum appellatione contineri, probat in *l. legatis. §. pecoribus. D. de legat.* 3. & olim Athenienſes de Salamina contendentes teſtem Homeri locum adduxerunt auctore Ariſtotele *lib.* 1. *Rhetor. cap* 95. Diodorus etiam ſcribit *lib.* 6. Phocenſes à Philomelo Homeri verſuum auctoritate adductos, ne Amphictionum publici Græciæ Concilii ſententiæ ſtarent. Sed ut ad Proculum noſtrum revertamur, in *l.* 14. *D. de jure Codicil.* refertur hæc quæſtio: *an legata, quæ poſtea quam inſtituti mortem obierint, codicillis adſcripta vel adempta ſint, à ſubſtitutis debeantur.* & in quæſtione hujuſmodi, controverſia Caſſii & Proculi: Caſſio reſpondente deberi; Proculo diſſentiente;

te; cujus opinio à Scævola confirmatur. Proculi enim major auctoritas, quàm Caſſii & Sabini in jure interpretando fuit, & ſic verba Pomponii in *d. l.2. de Orig. jur.* explicanda ſunt. Ideoque in omnibus controverſiis ſententia Proculi prævaluit, præterquam in quibuſdam, quæ recenſentur à Juſtiniano in *l. quod certatum C. de poſt. hered. inſtit. in l. fin. C. de uſufr. uſuve & habit. in l. fin. de ſervit. & aqua. in l. cum quidam C. de impub. & aliis ſubſtit.* in quibus Imperator exploſa Proculi ſententia Sabinianorum probat. Atque ita diu in diverſas ſciſſa ſectas juris ſcientia remanſit. Poſteriores tamen Juriſconſulti nullo ſectarum ſtudio tenebantur; aliquando enim Proculum ſequebantur: aliquando Caſſium & Sabinum: aliquando vero mediam viam tenentes, utriuſque ſcholæ dogmata moderatione quadam temperabant. Cæterùm ex hoc noſtro Proculo originem ſumpſiſſe Claudium Proculum nepotem auguror, qui ſub D. Hadriano Prætor fuit, & ad quem Hadriani reſcriptum extat in *l. 1. §. 14 D. de ventre in poſſeſſ. mitt.* qui pater fuit Cornelii Proculi, cujus meminit Paulus in *l. 24. D. de tut. & curat. dat.* cui D. Marcus & Verus reſcripſere, qui Conſul fuit cum Munatio, ut colligitur ex *l. 27. D. de liber. cauſa*, & Proconſul Aphricæ ſub D. Pio *l. 1. D. de jure immu.* & ad id tempus referendum eſt D. Pii reſcriptum,

 quod

quod ab Ulpiano traditur in *l. 7. D. qui ſatiſd. cog.* qui etiam malè Cæcilius pro Æmilius dicitur in *l. 1. D. de opt. legata.* Æmilii ſiquidem nomen Corneliorum gentis fuit. Habuit filiam Proculam quæ ſub Commodo vixit, cujus quæſtio de fideicommiſſo adverſus fratris ſui heredes extat apud Papinianum in *l. 26. D. de probat.* ad quam D. Marcus & Verus reſcripſere in *l. 11. §. ſi in opere D. de legat.* 3. Ulpii etiam Proculi mentio fit ab Ulpiano in *l. 1. §. uſque adeo D. de tut. & rat. diſtrah.* niſi malimus reponere Ulpium Marcellum: quod fortaſſe non inconcinnum. Scriptorum autem quæ Proculus noſter edidit in indice Juſtinianeo recenſentur tantum

Epistolatum lib. octo.

Scripſiſſe etiam notas in quoſdam Labeonis libros indicat *l. ſed an ultro §. ſed ut Celſus D. de negot. geſt. & lex ſi ita expreſſum D. de condit. & demonſt.* Ad eum Ferox ſcripſit, ut notatur ex *l. 11. D. de aqua & aquæ pluv. arc.*

ALPHENUS VARUS.

P. Alphenus Varus patria Cremonenſis Acrone auctore antiquo Horatii interprete, inter decem Servii diſcipulos numeratur à Pomponio in *l. 2. D. de Orig. jur.* quem plurimum auctoritatis habuiſſe, Conſulemque fuiſ-

ſe

ſe ſcribit. Caſſiodorus quidem in Chronicis Conſulem eum cum C. Vinitio adjicit ſub annum ab urbe condita 754. Onuphrius vero ſub annum 755. male enim apud Dionem legitur P. Alphinius. His Conſulibus Vellejus Paterculus ſcribit Tiberium Neronem Rhodo Romam magna omnium ordinum lætitia reverſum eſſe. Alius eſt is ab eo Alpheno Varo, cujus mentio fit apud Tacitum *lib.* 18. qui temporibus Othonis Imperatoris præfectus Prætorio ſuffectus fuit in locum Sabini, & præfectus Caſtrorum creatus ſeditionem contra Valentem ortam compeſcuit: ſed facilè crederem ejus filium fuiſſe. Noſter autem Juriſc. P. Alphenum Varum patrem habuit, ut ex Dione colligere licet. Cremonæ ſutrinam primum exercuit, ſi Acroni credimus, qui de eo putat intellexiſſe Horatium *lib* 1. *Sermonum Sat.* 3.

Alphenus vafer omni
Abjecto inſtrumento artis clauſaque taberna,
Sutor erat; ſapiens operis ſic optimus omnis
Eſt opifex, ſic rex ſolus.

Sutrinam enim ingenui homines Romæ olim diſcebant, ut notari poteſt ex *l.* 5. *§. proponitur. D. ad leg. Aquil.* Atque ita Alphenus ex ſutore Juriſconſultus celeberrimus factus eſt, ob vafritiem illam i. ſubtilitatem ad jus interpretandum aptam; unde vafer ab Horatio ſuperioribus verſibus appellatur: non ut quidam putavere pro

Varo, gentili nomine. Nam & alibi *lib.* 2. *Sermonum Sat.* 2. illud nomen vaſri quaſi epitheton, juri appoſuit Horatius,

Nos expulit ille,
Illum aut nequities, aut vaſri inſcitia Juris.

Ex ſutore autem Juriſconſultus evaſit Alphenus, ſicut Nicodorus apud Ælianum *lib.* 2. qui cum pugil in juventute tantum eſſet, legiſlator in ſenectute Mantinenſium præſtantiſſimus fuit, & memoria patrum noſtrorum Bernardus Malcius, qui cum coriariam exercuiſſet ad legum ſcientiam acceſſit, auctore Paulo Jovio. Juriſprudentiæ autem ſtudia in Alphenorum familia ab hoc introducta per multos annos viguere. Fuit enim Alphenus Juriſconſultus ſub Alexandro Imperatore, quem Papiniani diſcipulum Lampridius in Alexandro tradit. Noſter autem Alphenus non ſolum juris cognitionem adeptus eſt, ſed Philoſophiæ ſtudiis ſummè eruditus fertur, cujus ſcientiæ floribus aſpergere opera ſua non dubitavit, ut apparet ex *l.* 76. *D. de judic.* Gelliuſque ſcribit *lib.* 6. *cap* 5. eum rerum antiquarum non incurioſum fuiſſe. reprehenditur tamen ab eodem Gellio, ut errans in veteribus verbis interpretandis, quod eadem affinitas illi viſa eſt horum verborum puri, & puti, quæ ſit novi, & novitii, quodque putum longa prima ſyllaba pronunciandum eſſe exiſtimaſſe viſus eſt, quaſi à puro ductum inclinatumque, non à pu-

à putando. Verùm hæc non faciunt, quin à Marcello in *l. ut Alphenus. D. de verb. ſignific. & in l. qui concubinam. §. cum ita D. de leg. 3.* nominetur tanquam auctor locuples proprietatis verborum, & à Paulo Vari tantum nomine appoſito in *l. ſumma. §. item Varus D. de aqua & aquæ pluviæ arc.* Hunc intelligit Varum Ulpianus in *l. Idem Pomponius. §. de arbore. D. de rei vindic.* & Javolenus in *l. ſi quis D. qui teſtam. fac. poſſunt.* Ceterùm fuit ſæpè conſultus Alphenus de legibus, quas cenſores dicunt in locandis vectigalibus, ut *l. in lege locati l. Cæſar vel cenſor de publican. & hæ ſunt quas Cenſorias appellat ipſe in l. 203. D. de verb. ſignif.* Reliquit autem

DIGESTORUM LIB. QUADRAGINTA,

qui in indice Juſtinianeo recenſentur. Libri trigeſimi meminit Gellius loco ſupra citato. Hos libros Paulus Juriſc. in Epitomen redegiſſe videtur, ex inſcriptione legis *qui inſulam.* & *l. in nave Sauphelli. D. locat. l. duo D. de præſcript. verb. l. cum multi D. ſi pars hered. pet. l. qui ſcapham l. qui fundam D. de evict.* aliiſque nonnullis inſcriptionibus. Præterea idem Gellius ſcribit eum compoſuiſſe

COLLECTANEORUM LIB QUATUOR

Intelligi etiam poteſt ex *l. actione §. ita ſcriptum D. pro ſoc.* collegiſſe quædam è Servii ſcriptis, è cujus ſchola ipſe emanaverat, & ex *l. 77. D. de verb. ſignific.*

AN-

ANTISTIUS LABEO.

ANtiſtius Labeo veterum Juriſconſultorum princeps, ut apparet cum ex Pomponio in *l.* 2. *D. de orig. jur.* tum ex Papiniano *lib.* 5. *quæſt. in l.* 39. *D. de pact.* qui cum aliquid Labeoni placuiſſe vult demonſtrare, *veteribus* placuiſſe dicit, tanquam ſi tota Juriſconſultorum antiquitas in ejus verba juraret ſolum. Huc pertinet Petronii Arbitri verſus:

Atque eſto quicquid Servius & Labeo.

Neratiam uxorem habuit, cui teſtamento nominatim legavit veſtem, mundum muliebrem omnem, ornamentaque muliebria omnia, ut eſt apud Paulum in *l. pediculis l.* 6. *D. de auro argento mundo.* filius autem Labeonis Antiſtii fuit Sulpitii auditoris, qui bello Philippenſi pro libertate fortiter occubuit. Appianus *lib.* 4. Λαβεὼν δ' ἐπὶ σοφίᾳ γνώριμος, ὁ πατὴρ Λαβεῶνος τοῦ κατ' ἐμπειρίαν νόμων ἔτι νῦν περιωνύμου, τοῦ πιστοτάτου τῶν οἰκετῶν τὴν δεξιᾶς λαβόμενος, καὶ περιστρέψας αὐτὸν, ὡς ἔθος ἐστὶ Ῥωμαίοις ἐλευθεροῦν ἐπιστρεφομένῳ ξίφος ἔδωκε, καὶ τὴν σφαγὴν ὑπέσχε. Et qui conjurationis in Cæſarem factæ particeps fuit, auctore Plutarcho in Bruto; nec eſt quod dubitet Bernardinus Rutilius, an is ſit Labeo pater, qui Servii auditor dicitur à Pomponio, cum eum patrem noſtri Labeonis ex ipſius Pomponii verbis liquido conſtet. Antiſtius itaque filius paterna in republica veſtigia ſc-

ſequutus, jus civile tractandum ſuſcepit, & antiquæ libertatis amator fuit. *Agitabat*, inquit Atteius Capito in epiſtola quadam quæ extat apud Gellium *lib.* 13. *cap.* 12. *hominem libertas quædam nimia & vecors, uſque eò, ut Divo Auguſto jam principe & rempublicam obtinente ratum tamen penſumque nihil haberet, niſi quod juſtum ſanctumque eſſe in Romanis antiquitatibus legiſſet.* Hujus libertatis exemplum dat Gellius. Ac deinde, inquit, narrat quid idem Labeo per Viatorem à Tribunis plebis vocatus reſponderit. *Cum à muliere*, inquit, *quadam Tribuni plebis adverſum eum aditi, Gellianum ad eum miſiſſent, ut veniret & mulieri reſponderet, juſſit eum qui miſſus erat redire, & Tribunis dicere, jus eos non habere neque ſe, neque alium quenquam vocandi, quoniam moribus majorum Tribuni plebis prenſionem haberent, vocationem non haberent.* Alia ejus libertatis apparent veſtigia apud Suetonium in *Auguſto cap.* 54. *Antiſtius Labeo*, inquit, *Senatus lectione cum Triumviratum legeret*, ſive ut quidam legunt, *vir virum legeret M. Lepidum hoſtem olim ejus*, de Octavio loquitur, *& tunc exulantem legit, interrogatuſque ab eo, annon eſſent alii digniores, ſuum quemque judicium habere reſpondit.* cumque ob hanc rem infenſum Octavii ſibi animum reddidiſſet, liberè dixit: nihil ſe commiſiſſe, ſi hominem quem Octavius

Pon-

Pontificem eſſe pateretur, in Senatum ipſe aſciviſſet. Libertatem tamen illam detrimentum numquam Labeoni attuliſſe idem Suetonius teſtatur, quod quidem (ſi conjectura affirmare aliquid licet) verum non puto. ei enim conſulatum abſtulit, quod ex Cornelio Tacito *lib.* 3. Annalium ſic ſcribente conſtat: *Et Capito Atteius, de quo memoravi, principem in civitate locum ſtudiis adſequutus civilibus, ſed avo Centurione Syllano, patre Prætorio. Conſulatum ei acceleraverat Auguſtus, ut Labeonem Antiſtium iiſdem artibus præcellentem dignatione ejus magiſtratus anteiret.* Hanc tamen libertatem incorruptam, ut vocat idem Tacitus, quæ pro dignitate laudari debuerat, (ſi aliquid puri incorruptique adulatio innata, corruptique temporum mores in animo reliquiſſent) à principum aſſentatoribus damnatam legimus. eam enim Attejus Capito, qui hac re juris divini & humani ſcientiam bonaſque domi artes, quibus excellebat, dehoneſtavit, auctore eodem Tacito, vecordiam appellat *lib.* 13. citato Gellii: & Suetonius eum ſequutus dicto *cap.* 54. contumaciam: Horatius vero *lib.* 1. *Sermonum Satyra* 3. Satyrica procacitate, inſaniam nominat. Conſtare igitur debet, Conſulatus honorem non adeptum Labeonem, ob incorruptam libertatem, quæ in ejus animo vigebat. Quamvis Pomponius in *l.* 2. *de Orig. jur.* oblatum eſſe ab Au-

Auguſto ei Conſulatum, quo ſuffectus fieret, ſcripſerit, quod tamen ab aliis auctoribus relatum non eſt. Sed hoc ſententiam noſtram non deſtruit, ominoſum quippe fuit in locum mortui vocari: & in Cenſura eam rem religioni fuiſſe tradit Livius *lib. 5.* Pomponius etiam teſtatur Labeonem hunc Conſulatum recuſaſſe. Prætor itaque, Labeo noſter tantum fuit. Unde apud Plinium *lib. 35. Natur. hiſt. cap. 4.* legendum puto, *Parvis gloriabatur tabellis extinctus nuper in longa ſenectute Antiſtius Labeo Prætorius*, non ut in vulgaribus Codicibus *Ateius Labeo.* Ei tamen quod præturam intra ſtetit, commendatio ex injuria oriebatur, & ut Gregorius Nazianzenus de Cæſario à Juliano injurioſè tractato ſcribit, magis ignominiâ quàm ſplendore clarior fuit. Capitoni vero quod Conſulatum adeptus eſt, odium ex invidia auctore Tacito. Cæterùm quamvis intra præturam ſteterit, Præconſulatu tamen provinciæ Narbonenſis functus eſt, ut eſt apud Plinium dicto loco. Itaque ætas hæc duo pacis decora tulit ſimul; ſed Capitonis obſequium dominantibus magis probatum, Tacito teſte ad ſumma dignitatum faſtigia eum evexit: Labeo libertatis illius incorruptæ amator, ſtudiorum potius, quam honorum ambiendorum cura tenebatur, totum enim ita diviſerat annum, ut Romæ ſex menſes cum ſtudioſis eſſet, & ſex men-

menſibus ſecederet, conſcribendiſque libris operam daret, ut relatum eſt apud Pomponium dicta *l.* 2. Romæ enim viri tantum magnæ auctoritatis ſeceſſibus utebantur, quamobrem rectè aqud Ulpianum legitur in *l.* 21. *§. ſi arbiter D. de recept. arb. Arbitri qui in eo loco qui ſit circa urbem, adeſſe litigatores juſſerit, valere juſſum: ſi ejus auctoritatis ſit arbiter, ut in ſeceſſibus ſoleat agere.* Et cum Capito in veteribus juris præceptis conſtans remaneret; Labeo, ut inquit idem Pomponius, ingenii qualitate & fiducia doctrinæ fretus, *ut qui & præ cæteris operis, ſapientiæ operam dederat*, plurima innovare inſtituit: ſic enim apud Pomponium legere magis æquum puto, quam quorundam lectionem ſequi, qui ſic ſcribunt: *qui & cæteris operis ſapientiæ operam dederat:* illam autem penitus rejicio, quæ ab aliis traditur, *qui & præ cæteris ſapientiæ operam dederat.* Non enim dictio *Operis* delenda, qua Pomponius utitur ad demonſtrandum univerſum corpus juris ſive Civilis, ſive Pontificii, ſive publici, ſive privati, ut ſuperioribus verbis dictæ legis de L. Ælio Tuberone Pomponius expreſſit, qui complures ab eo traditur utriuſque operis libros reliquiſſe i. publici, & privati juris, & Offilius, qui omnem partem operis fundarent, i. corporis Juris Civilis, ut nunc vocamus, diſtinguimus enim vulgo univerſum jus in Corpus

pus Civile, & Corpus Canonicum, ſive Pontificium, loquendi genere non omnino barbaro; ſic ζωμαλοποιΐα legum dicitur Novel. Leonis prima. Corpus enim ſumitur pro opere ſcripto, apud Ciceronem *Epiſt.* 2. *ad Q. Fratrem*, & σῶμα dicta Novella, & hoc modo Corpus Homeri ſcribitur ab Ulpiano in *l.* 52. *§.* 2. *D. de legat.* 3. Eadem ratione Cicero *epiſt. lib.* 2. *ad Attic.* dixit, *Hoc totum corpus curabo ut habeas.* Significat itaque Pomponius præ cæteris operis partibus Labeonem ſapientiæ operam dediſſe i. Juri Civili. Quod hoc in loco ſapientiæ nomen propriè deſignat, ſicut & apud veteres Romanos; ſic Atilium appellatum ſapientem teſtatur Tullius in Dialogo de Amicitia, quod prudens in Jure Civili; & Sempronium vocatum σοφὸν ſcribit idem Pomponius, quod maximæ in Jure Civili ſcientiæ fuerit, & Juſtinianus *tit. de Codic. in Inſtit.* Juriſperitos ſapientes appellat. Quamvis hoc nomen quibuſdam nimis arrogans viſum ſit, qui eos juris ſtudioſos modeſtiori denominatione vocarunt. Suetonius in *Nerone cap.* 32. *Deinde*, inquit, *ut ingratorum in principem teſtamenta ad fiſcum pertinerent, ac ne impune eſſet ſtudioſis juris, qui ſcripſiſſent vel dictaſſent, &c.* Et Paulus in *l.* 1. *D. de offic. adſeſſ. & in l. Divus. D. de extraord. cognit.* Pythagoram imitati qui ſuperbum nomen σοφȣ̃, & ſapientis rejiciens, φιλόσοφος & ſtudio-

dioſus ſapientiæ nominari tantum voluit: omnibus deinceps ſapientiæ profeſſoribus nomen id ſibi vindicantibus. Labeonem autem ex diſciplinis, Juris Civilis ſcientiam principali ſtudio exercuiſſe nos docet Gellius *lib* 13. *cap.* 10. Cæterarum verò artium expers non fuit; in Grammaticam enim ſeſe atque Dialecticam litteraſque antiquiores & altiores penetravit: Latinarum vocum origines rationeſque percallens, qua præcipuè ſcientia ad enodandos juris laqueos utebatur. Grammaticæ quidem præcepta normaſque eum tenuiſſe ſatis apertè demonſtrant, quæ apud auctores de eo leguntur, & præcipuè apud Feſtum, qui Antiſtii Labeonis auctoritatem affert, ut probet, *penatis*, poſſe dici ſingulariter. A Proculo tamen Juriſc. notatus eſt, quod dixiſſet uſuarium ædium eas habitantem poſſe inquilinum quoque recipere, quod non belle inquilinus dicatur, qui cum eo habitat, ſed qui ſolus in ædibus conductitiis, apud Ulpianum *l.* 2. *&* 4. *D. de uſu & habitat.* Cognitionem etiam juris augurii eum conſequutum fuiſſe teſtatur D. Auguſtinus *lib.* 4. *de Civit. Dei. Cum præſertim Labeo*, inquit de victimis Deorum loquens, *quem hujuſmodi rerum peritiſſimum prædicant; numina bona à numinibus malis, iſta etiam curſus diverſitate diſtinguat, ut malos Deos propitiari cædibus, & triſtibus ſupplicationibus aſſerat: bonos autem obſe-*

obſequiis lætis atque jucundis, qualia ſunt, ut ipſe ait, ludi, convivia, lectiſternia. qui locus ad ſcientiam eximiam juris auguralis, quæ in Labeone reſidebat, oſtendendam locupletiſſimus eſt. Cæterùm legitur Q. Labeo de 12. *tab.* quædam edidiſſe, apud Gellium *lib. 7. cap.* 15. & *lib.* 20. *cap.* 1. *Noct. Attic.* Meminit & Perſius *Satyra* 1. Labeonis cujuſdam poëtæ. De Cornelio Labeone locus apud Macrobium. Noſter verò Antiſtius quadraginta volumina reliquit, ex quibus plurima inter manus verſabantur temporibus Pomponii, ut ipſe teſtatur dicta *lege* 2. quæ omnia maximè à Trebatio Jurisc. hauſit; ab eo enim inſtitutum eſſe, licet Ofilium & Tuberonem etiam audierit, ſcribit idem Pomponius. Cujus Trebatii in Jure Civili ſingularis memoria, & ſumma ſcientia laudatur à Cicerone *lib. 7. epiſt. ad Familiares.* In indice item Juſtinianeo librorum Labeonis hi recenſentur.

ΠΕΙΘΑΝΩ͂Ν LIB. VIII.

probabilium, ſive ut Politianus, vertit, veriſimilium. Hos libros fuiſſe in Epitomen redactos à Paulo, conſtat ex inſcriptionibus *l. fin. D. ſi ſervit. vind. l. ſi vehenda. D. ad leg. Rhod. de jactu. l. fin. de pignor.* aliarumque, quas hic annotare non libet. Traduntur etiam Labeonis

POSTERIORUM LIB. X.

in indice Græco βίβλια δέκα, de quibus Gellius

lib. 13. *cap.* 10. ſcribit eos poſt mortem Labeonis editos fuiſſe, ideòque *poſteriores* inſcribi. Sed licet libri tantum decem in indice recenſeantur, plures tamen ſcripſiſſe conſtat. eorum enim librorum tres continuos, 38. videlicet, 39. & 40. plenos eſſe id genus rerum ad enarrandam, & illuſtrandam linguam conducentium Gellius tradit. Ex 37. citat locum quendam Ulpianus in *l. ſi quis §. Labeo D. de Dolo:* Alium ex 38. Paulus in *l. ſacrilegii ad leg. Iul. pecul.* in quo Labeo *peculatus* definitionem dat. Hos vero Labeonis libros fuiſſe in Epitomen conſtrictos à Javoleno, apparet ex inſcriptione *legis cum colono D. quib. mod pig. vel hypoth. ſolv. l. ſi pater de vulgari l. qui concubinam l. qui quatuor D. de legat.* 3. *& in l.* 60. *D. de acquir. vel omitt. hered.* in qua ſententiam Labeonis reprehendit: contrariæ enim ſcholæ erat.

Præter tamen hos libros indicis Juſtinianei meminit Gellius in dicto cap.

Librorum ad edictum

Labeonis, in quibus lepide & argute multa reperta inveniuntur, ſicuti hoc eſt quod in 4. ad Edictum libro ſcriptum legimus: *Soror*, inquit, *appellata eſt quod quaſi ſeorſum naſcitur ſeparaturque ab ea domo, in qua nata eſt, & in aliam familiam tranſgreditur.* Ex eiſdem libris credo erant & illa, quæ idem Gellius *lib.* 4. *cap.* 2. ait: Labeonem ſenſiſſe, cum quæreretur, an is ſervus

vus, cui dens deeſſet, redhiberi poſſet: *Labeo*, inquit, *in cauſa redhibendi eſſe negavit, nam & magna inquit pars dente aliquo carent, neque eo magis plerique homines morboſi ſunt, & abſurdum admodum eſt dicere, non ſanos naſci homines, quoniam cum infantibus non ſimul dentes gignuntur.* Labeonis *librum* I. citat Ulpianus in *l.* I. *D. de fugit.* §. 5. ubi fugitivi appellatione ex fugitiva natum non contineri ſcribit, non enim, ut Accurſius putat, hæc verba Ulpiani, *Labeo lib.* I. *ad Edictum ſcribit*, referenda ſunt ad ea quæ ſequuntur. Deſumpta etiam ex libris ad Edictum exiſtimo ea quæ ex Labeone Ulpianus affert in *l.* I. *D. de Ædil. Edicto.* Labeonis

LIBRORUM PRÆTORIS URBANI idem Ulpianus mentionem facit in *l. Labeo. D. de verb. ſignif.* Ejuſdem *libri* 31.

PRÆTORIS PEREGRINI.

in *l. ſi quis.* §. *hæc de dolo actio. D. de dolo*:

LIBRORUM EPISTOLARUM.

ejuſdem, Pomponius in *l. rerum mixtura* §. *Labeo D. de uſucap.* Extat etiam Antiſtii Labeonis apud Feſtum de mortis cauſa ſtipulatione locus non contemnendus. *Mortis cauſa*, inquit, *ſtipulatio exiſtimatur fieri, ut ait Antiſtius Labeo, quæ ita ſit, ut morte promiſſoris confirmetur, aut, ut quidam dixerunt, cujus ſtipulationis mors fuit cauſa.* Memor eſt idem Feſtus commentariorum Juris Pontificii Labeonis

in dictione *ſiſtere*, ubi xv. *librum* citat, & in dictione *ſpurcum*, ubi x. profert, ex quo illa eſſe arbitror, quæ de virgine capienda Gellius *lib.* 1. *cap.* 12. tradit Labeonem ſcripſiſſe. Jabolenus in *l. cum ex filio D. de vulgari.* ſcribit, avum quendam, qui ex filio duos nepotes habebat, alterum in poteſtate, alterum non, velletque utrique ſubſtituere, cum filio quem non habebat in poteſtate, non poſſet, teſtamentum ex conſilio Labeonis, Offilii, Caſſelli, Trebatii feciſſe. moris enim erat olim, quum quis conderet teſtamentum, Juriſperitos vocare: unde in *l. codicillis* 89. §. *Lucius Titius. D. de legat.* 2. ſic ſcriptum eſt: *Lucius Titius hoc meum teſtamentum ſcripſi ſine ullo Juriſperito.* Citatur etiam Labeo ab Ulpiano in *l. ſed eſt quæſitum D. de liber. & poſt.* nihil enim immutandum cenſeo, contra viri doctiſſimi Jacobi Cujacii ſententiam, qui pro *Labeo & Caſſius ſcribunt*, legendum putat, *Javolenus & Caſſius ſcribunt.* ratio enim illa, quam affert, quod Caſſius & Javolenus ſupra citentur, ἀντιστρέφω oppugnatur, ſi enim nomen Javoleni ſupra poſitum eſſet, fruſtra repeteretur. Præterea Juriſconſulti ſolent, iſque mos Ulpiano peculiarior, cum nomen alicujus auctoris repetunt, quem paulo ante nominavere, dictionem, *Idem*, ſemper adjicere, ut in *l.* 10. *D. de uſu & habit.* in *l.* 15. in *l. ædiles. D. de Ædil. Edicto*, in *l.* 9. *D. pro ſocio.* & in multis aliis,
quas

quas recenſere ſupervacaneum eſſet. nec lectionem vulgarem condemnat id, quod objici poteſt: Labeonem ſcilicet & Caſſium diverſæ ſectæ auctores eſſe, atque ita abſurdum eadem ſentire videri; Juriſconſultos enim Caſſianos & Proculeianos, quamvis contrariæ ſcholæ, in quibuſdam convenire paſſim in Pandectis legimus. Sic Caſſius, & Pegaſus idem reſponderunt in *l. 12. D. de uſufr. & quemad. quis ut.* ſic Celſus & Sabinus in *l. 19. D. ſi ſervit. vind.* ſic iidem Labeo & Caſſius in *l. 12. D. de uſu & habit.* ſicuti è contra quamvis ejuſdem ſcholæ ſint, tamen inter ſe ſemper non conſentiunt; ſic in *l. 10. D. de negot. geſt.* Proculus & Labeo diverſæ ſententiæ ſunt, & Celſus Labeonis ſententiam deridet. Cæterùm his quæ ad libros Labeonis pertinebant expoſitis, prætereundum non reor locum illum ſingularem Juſtiniani *tit. de Codic.* qui alibi nec in noſtris, alieniſve auctoribus invenitur, de codicillorum origine & uſu, qui à Labeone omnem auctoritatem deſumpſere: quamvis enim Lucio Lentulo mortuo, qui primus codicillos introduxit, quibus ab Auguſto petiit per fideicommiſſum, ut faceret aliquid; dicitur Auguſtus convocaſſe ſapientes viros, interque eos Trebatium quoque, cujus tunc maxima auctoritas erat, & quæſiiſſe an poſſet recipi, nec abſonans à juris ratione codicillorum uſus eſſet: & Trebatium ſuaſiſſe

 Au-

Auguſto, quod diceret utiliſſimum & neceſſarium hoc civibus eſſe propter magnas & longas peregrinationes, quæ apud veteres fuiſſent: ubi ſi quis teſtamentum facere non poſſet, tamen codicillos poſſet. nec Auguſti tamen, nec Trebatii auctoritas tanti fuit apud Romanos, ut contra jus vetus morem introductum reciperent. Sed poſt hæc tempora cum Labeo noſter, qui à Trebatio inſtitutus fuit, codicillos feciſſet, nemini jam dubium fuit, quin codicilli jure optimo admitterentur. Tantæ auctoritatis apud Romanos & ponderis Labeonis ſapientia fuit.

NERATIUS PRISCUS.

NEratium Pegaſi ſectatorem fuiſſe ſcribit Pomponius in *fine l. 2. D. de Orig. jur.* & Trajanum Imperatorem hujús conſilio uſum Papinianus ait in ea facti ſpecie, in qua pater qui filium coactus emancipaverat, eo mortuo bonorum poſſeſſionem petebat *l. fin. Si à parente quis fuer. manum.* quem ita charum acceptumque habuit, tantumque de ſummo ejus ingenio, & ſpe ampliſſimæ dignitatis judicavit, ut in ſucceſſione Imperii Hadriano anteponere eum in animo habuiſſe, frequens fuerit opinio, auctore Spartiano in Hadriano; Priſco enim aliquando Trajanum dixiſſe

dixiſſe teſtatur hæc verba: *Commendo tibi provincias, ſi quid fatale contigerit.* Verùm poſtquam Hadrianus imperio potitus eſt, nullus eum invidentiæ ventus ſive potius malevolentiæ, qui Principum animos parum fortes conquaſſare plerumque ſolet, non dicam commovit, ſed ne quidem agitavit: tantum valet ingenuitatis & candoris in animo altiſſime defixas habere radices; Neratium enim Priſcum in conſilio, cum judicaret, ſemper habuit, auctore eodem Spartiano: & ſub Hadriano Conſulem fuiſſe factum, colligere poſſumus ex eo quod collegam Annium Verum habuerit, ſic enim corrigenda ſunt verba *leg. is qui ſervum D. ad leg. Corn. de ſicar. Quod Neratio Priſco & Annio Vero Coſſ.* qui ſiquidem Neratius Verus, aut Annius Priſcus fuerint, non memini adhuc me inveniſſe: facileque fuit hunc errorem nominum commutatione impingere. hæc autem ad tertium Annii Veri Conſulatum referri debent. hunc enim ter Conſulem fuiſſe teſtatur Dion Nicæus, cum primum Conſulatum cum Sylvano ſub Veſpaſiano, & cum Augure ſub Hadriano ſecundum geſſiſſe ſcribat Caſſiodorus in Chronicis. ſed in quem annum ſuggeri debeat hujus Conſulatus, non facilis cognitionis; ſub Hadriano tamen referri debere ſatis apparet. Fratrem autem Neratium Marcellum habuit; cui de Jure Civili conſultus per Epiſtolam reſpondit, ut

eſt apud Ulpianum in *l. quæſitum §. deinde D. de fundo inſtr.* quemque clariſſimum vocat Plinius *lib.* 3. *epiſt.* Eum Haloander Conſulem cum Juventio Celſo Conſule II. imperante Hadriano comparat: Marcellum & Celſum habent Faſti Græci: Celſum vero & Marcellinum Caſſiodori Chronicon. veruntamen Marcellum illum qui Conſul profertur cum Juventio Celſo II. fuiſſe unum ex ſuffectis eo anno Conſulibus, probat vetus illa inſcriptio quam prodidit Onuphrius *lib.* 2. *Faſtorum*, de qua infra ſumus dicturi. Ille fortaſſe eſt Marcellus, quem Hadrianus quamvis amiciſſimum, ut ait Spartianus, compulit ad mortem ſibi conſciſcendam, & ad quem Hadrianum Imperatorem reſcripſiſſe Ulpianus *lib.* 21. *ad Sabinum* ſcribit. Extat præclara ejus ſententia in *l.* 2. *D. de jur & facti ignor. Jus finitum & eſſe poſſe & debere.* quem imitatus Juſtinianus in Procœmio Digeſtorum ſcripſit hanc ſolam juris ſcientiam finitam eſſe. Scripſit autem Neratius Priſcus quamplurima juris volumina, quorum hæc in indice Juſtinianeo reperiuntur.

MEMBRANARUM LIB. VII.

i. e. Reſponſorum in membranis ſcriptorum. moris enim erat olim apud Juriſconſultos, ut chartis & membranis reſponſa ſua componerent, ſicut Principes conſtitutiones ſuas codicibus. Hoc autem puto obſervatum, quod Juriſ-

peri-

peritis jam provecta ætate viſus debilior eſſet. tradit ſiquidem Plinius *lib. 7. cap. 21.* quibus viſus infirmior erat, membranarum uſum familiarem fuiſſe: aliis vero ceræ. In *libro 2. & 3.* de Servitutibus tractavit, ut colligitur ex *l. item ſic D. de ſervit. ruſt. præd.*

RESPONSORUM LIB. III.

Citatur liber ſecundus ab Ulpiano in *l. Inde Neratius D. de uſufr. accr.* Ex his reſponſis unum extare arbitror in *l. Neratius D. de regul. jur. Neratius*, inquit Paulus, *conſultus, an quod beneficium dare ſe, quaſi viventi, Cæſar reſcripſerat, jam defuncto dediſſe exiſtimaretur. Reſpondit, non videri ſibi, Principem, quod ei, quem vivere exiſtimabat, conceſſiſſet, defuncto conceſſiſſe: quem tamen modum eſſe beneficii ſui vellet, ipſius æſtimationem eſſe.* Ex quibus verbis colligere poſſumus Beneficiorum originem à Romanis Imperatoribus ortam. ſic apud Pomponium in *l. 2. de orig. jur. poteſtas de jure reſpondendi à Principibus peti pro beneficio cœpit.* & apud Ulpinanum in *l. 4. D. de his qui not. infam.* cum de miniſterio deſignatoris loquitur, ſcriptum eſt: *Et ſane locus iſte hodie non pro modico beneficio datur.* Beneficia autem hujuſmodi in peculiarem librum referebantur, qui liber Beneficiorum dicebatur. Hyginus *libro de limitibus.* Lampridius in Alexandro Severo. Recenſentur etiam

REGULARUM LIB. XV.

Præter eos libros Neratii, quorum ſunt in indice Juſtinianeo conſcripta nomina, edidit

EPISTOLARUM LIBROS.

Quorum quartus citatur in *d. §. denique.* Meminit etiam Ulpianus in *l. ſed addes §. 1. D. locati* epiſtolæ Neratii ad Ariſtonem.

Collegiſſe autem quædam ex Plautio indicio eſt *lex ergo D. de ſervit. ruſtic. præd.*

LIBRUM DE NUPTIIS

compoſuiſſe refert Gellius *lib 4. cap. 4. Noct. Attic.* Multis denique in locis incerto librorum numero citatur à legum conditoribus.

JABOLENUS PRISCUS.

TEmporibus Hadriani Trajanique Imperatoris floruit Jabolenus Priſcus, ut ex Plinii epiſtolis colligere licet. Tempora etiam Antonini Pii attigiſſe videtur ex Capitolino, qui ejus conſilio Pium ſcribit, cum quid de jure ſanciret, uſum fuiſſe. Pomponius in *l. 2. D. de orig. jur.* ait eum Cælio Sabino ſucceſſiſſe, quod ego in juris diſciplina explicanda intelligendum arbitror, ad quam cognoſcendam, percipiendamque Julianus Juriſconſultus ſe hujus præceptis inſtitutiſque, ut diximus, fuiſſe inſtructum profeſſus eſt in *l. an manumittere D. de manum. vind.* in qua Jabolenus cum conſilium præberet, ſer-

ſervos ſuos manumiſit. qua ex lege Jabolenum magiſtratum in Africa, & Syria geſſiſſe conſtat. cum tantum ii qui magiſtratum gererent, conſilium præbere poſſent. Ulpianus *lib.* 3. de omnibus Tribunalibus in *l mandata D. de offic. ejus cui mand. eſt juriſd.* vocat *conſilium exercere*; Accurſius hæc verba interpretatus eſt auctoritatem manumittendi præſtare, quod legiſſet Jabolenum cum conſilium præberet manumiſiſſe: nec quidem malè Ulpiani mentem explicat, Ulpianus enim ipſe in *l unica D. de offic. Conſ.* dicit Officium Conſulis eſſe, præbere conſilium manumittere volentibus. quod quidem συνέδριον vocatur à Theophilo, cui præerat Romæ Prætor, & in provinciis Proconſul vel Præſes: ſive ut Theophilus generali nomine loquitur ἄρχων. Eratque Romæ conſilium illud quinque Senatorum, & quinque Equitum Romanorum, in provinciis viginti recuperatorum civium Romanorum, auctore Ulpiano in *fragmentis tit.* 1. Ex his itaque colligere poſſumus Jabolenum Proconſulem Syriæ & Africæ fuiſſe; Præſes enim eſſe non potuit, cum in notitia Provinciarum Imperii Romani Aphrica ſub Proconſule ponatur. Cæterum cum magiſtratu perfunctus erat, in conſiliis ipſe adhibebatur, ſic enim de eo Plinius ſcribit *lib.* 6. *epiſt. Intereſt tamen officiis, adhibetur conſiliis.* i. adſeſſor fuit. adſeſſores enim Conſilia-

ſiliarii appellantur à Paulo *lib.* 1. *ſent ent. in l.* 5. *D. de offic. adſeſſ. & in l. conſiliariis C. eod.* & apud Heliodorum *lib.* 10. *Gymnoſophiſtæ* συνέδροι ϗ σύμβȣλοι *aſſeſſores & conſiliarii* ſimul nominantur. Et in *l.* 1. *C. de adſeſſor. conſiliorum participes*; quæ verba me movent, ut *legem* 1. *C. ſi rector provinciæ.* ſic reſtituam: *quod ita late patere volumus, ut non ſolum circa adminiſtrantes, ſed circa etiam adminiſtrantium filios, nepotes ac propinquos & participes conſiliorum domeſticoſque locum habeat.* quæ vulgo ſic legitur *participes*, id eſt, *conſiliarios.* Unde πάρεδρον eſſe apud Latinos Juriſconſultum Procopius ſcribit *lib.* 1. *de bello Parthico.* quod Juriſconſultorum propriè munus fuit *l.* 1. *D. de offic. adſeſſ.* Ideò Celſus filius patrem in conſilio Conſulis fuiſſe ſcribit in *l. pater meus D. de legat.* 2. Conſiliis autem Jabolenum adſediſſe conſtat non ſolum magiſtratuum, ſed etiam Principum: ut Antonini Pii in conſilium admiſſum eum fuiſſe ſupra diximus; Juriſperitos enim in conſilium Principum aſſumptos, præter alios docet Papinianus in *l.* 3. *D. de excuſat. tut.* Cæterum Jabolenus amiciſſimum habuit Peſcennium Paulum, ſplendidum Equitem Romanum & eruditum, ut tradit Plinius *lib.* 6. *epiſtolarum.* Ex cujus verbis dubiæ ſanitatis hominem Jabolenum diſcere poſſumus. cum enim Peſcennius verſus recitaret, & ita cœpiſſet, *Priſce jubes.* ad hoc Jabolenus

Priſ-

Priſcus, qui Paulo Peſcennio ut amiciſſimus aderat: *Ego verò non jubeo.* Hic riſus, joci eò majores, quo vir gravioris profeſſionis deſipuerat. De jure tamen civili publicè reſpondit, ſcripſitque plures libros. Ex quibus in indice Juſtinianeo hi reperiuntur.

EX CASSIO XV.

Politianus legit *ex Caſſio 5.* ſed refellunt eum inſcriptiones multarum legum, quæ ſexti, ſeptimi, octavi, noni, decimi, undecimi, duodecimi, decimitertii, decimiquarti, decimiquinti mentionem faciunt. Satis erit unius legis inſcriptionem ex unoquoque illorum indicare. Ex ſexto *lex adoptio D. de adoption.* Ex ſeptimo *l. cum ſervo D. de contrah. empt.* Ex octavo *l. ſi quis. D. de negot. geſt.* Ex nono *l. ſi is D. de interrogat. act.* Ex decimo *l. certo generi D. de ſervit. ruſtic. præd.* Ex undecimo *l. non ex omnibus D. de acquir. poſſ.* Ex decimotertio & decimoquinto *l. moribus l. ſolvendo D. de verb. ſignific.* In his libris multa Caſſii dogmata Jabolenum libenti animo collegiſſe crediderim, quod ejus ſectæ ſe adjunxerat.

AD PLAUTIUM. LIB. V. ſive EX PLAUTIO,

ut in permultis inſcriptionibus legum legitur.

In nonnullis indicibus, & recentioribus reponuntur:

ΕΠΙΣΤΟΛΩΝ ΒΙΒΛΙΑ ΔΕΚΑΤΕΣΣΑΡΑ.

Ex

Ex quibus quamplurimæ leges deſumptæ ſunt.

Præter tamen hos libros indicis Juſtinianei ſcripſiſſe eum conſtat

EPITOMEN IN LIBROS POSTERIORUM LABEONIS,

ſive potius notas. Contrariæ enim ſectæ à Labeone fuit. atque ideò *lib*. 9. Labeonem reprehendit in *l*. 44. *D. de injur. & fam. lib.*

P. JUVENTIUS CELSUS.

P. Juventius Celſus hic Juriſconſultus appellatur (non Jubentius, ut male legitur in indice Juſtinianeo Haloandri) ſicut in Pandect. Florentinis exaratum eſt in *l*. 20. §. *Præter. D. de petit hered.* Juventia autem familia Romæ etiam ſtante Rep. conſularis fuit ex Tuſculano antiquiſſimo municipio orta, teſte Cicerone pro Cn. Plancio, ex qua hic Juventius qui Hadriani in conſilio fuit, auctore Spartiano, ſi cum Cuſpiniano Juventium Celſum, non Julium Celſum legamus. Fuere autem duo Celſi juris ſcientia commendati pater, & filius. Patrem Pomponius in *l*. 2. *de orig. jur*. ſcribit Pegaſo ſucceſſiſſe, eumque in conſilio Duceni Conſulis fuiſſe, teſtatur Celſus filius in *l. pater meus D. de legat*. 2. In quo conſilio cum ejuſmodi factum proponeretur: Otacilius Catulus filia ex aſſe herede inſtituta liberto ducenta legarat, petierat-

ratque ab eo, ut ea concubinæ ipſius daret. cum libertus vivo teſtatore deceſſiſſet, & quod ei relictum erat apud filiam remanſiſſet, quærebatur, an id fideicommiſſum apud herédem remanere deberet, vel concubinæ cui relictum eſt redderetur: putavit cogi debere filiam fideicommiſſum concubinæ reddere, atque itum eſt in ſententiam ſuam. Celſus autem filius, de quo nunc loquimur, bis Conſul fuit. De primo ejus Conſulatu nihil aſſeverare auſim: eumque ſuffectum augurarer, cum in Faſtis primum Juventii Celſi Conſulatum nullum legamus; Celſus ſiquidem ille, quem Caſſiodorus Conſulem ponit cum Criſpino anno urb. cond. 863. poſt Trajanum VII. & Africanum Coſſ. alius eſt ab hoc Juventio Celſo: quod ex Maffeiorum tabulæ loco, quem Onuphrius ſcriptis ſuis inſeruit, judicari poteſt. in qua ita exaratum eſt:

L. PUBLILIO CELSO II. C. CLODIO
CRISPINO COSS. ID. APRIL.

nuſquàm enim Celſus noſter L. Publilius nominatur. deinde Juventii Conſulatum primum quærimus: hic autem Celſi ſecundus refertur. qui ne quidem de ſecundo Juventii Conſulatu intelligi poteſt: cum in eo non Criſpinum, ſed Q. Julium Balbum collegam habuerit, ut ex antiqua inſcriptione, quæ in ænea tabula Venetiis apud Aquilejenſem Patriarcham obſervatur, probare licet:

IMP.

IMP. CÆSAR. DIVI. TRAIANI. PARTHICI. F. DIVI. NERVÆ. NEPOS. TRAIANUS. HADRIANUS. AUG. PONT. MAX. TRIB. POTEST. XII. COS. III. P. P.
A. D. XII. CAL. MART.
P. JUVENTIO. CELSO. II. Q. JULIO. BALBO. COSS.
A. D. VIII. CAL. JAN.
MARCELLO. ET. GALLO. COSS.

Atque ita non male is Celſus, qui cum Marcellino apud Caſſiodorum refertur pro Marcello, Juventius noſter erit. Hæc autem inſcriptio confirmatur Senatuſconſulto Hadriani Imperatoris temporibus facto, & ab Ulpiano in *l. item veniunt D. de petit. hered.* relato, quod à Petro Pithœo viro doctiſſimo *lib.* 2. *cap.* 15. *adverſariorum* eſt emendatum.

PRIDIE. ID. MART. QUOD. L. JULIUS. BALBUS. ET. P. JUVENTIUS. CELSUS. T. AUFIDIUS. OENUS. SEVERIANUS. COSS. VERBA. FECERUNT. DE. IIS. QUÆ. IMP. CÆS. TRAIANI. PARTHICI. F. DIVI. NERVÆ. N. HADRIANUS. AUGUST. P. M. P.P. V. NON. MART. QUÆ. PROXIMÆ. FUERUNT. LIBELLO. COMPLEXUS. ESSET. QUID. FIERI. P. D. E. R. I. C.

Malè autem hic *Oenus Severianus*, quamvis ex Pandectis Florentinis legit vir eruditus: ſicut etiam malè ſcriptum reperitur in quibuſdam codicibus, *Onerius Severianus*. nec enim in Faſtis, nec alibi, *Oenus* vel *Onerius Severianus* Conſul legitur. ſed reponendum *Arrius Severianus* ſecundum Haloandri editionem, ſic enim

enim in Faſtis Onuphrii conſularibus legitur: qui cum Juventio Conſul ſuffectus fuit, & ſecundum conſulatum ordinarium cum Sentio Augurino geſſit. Diocletianus autem & Maximinianus Impp. in *l. ult. C. de ſerv. reip. man.* alîus Senatuſconſulti mentionem faciunt hoc Juventio Celſo *iterum* Conſule facti, ſic enim legendum eſt non, *item*, quod & ab Antonio Auguſtino adnotatum eſt in *libro emendat.* 3. *cap.* 5. quo legis Vectibulici poteſtas ad provincias porrigebatur. Huic tamen collegam non Q. Julium Balbum, ſed Neratium Marcellum unum ex ſuffectis dant Impp. Alios autem magiſtratus Juventius Celſus conſequutus eſt, præter Conſulatum; Prætor enim fuit, ut ſcribit Plinius *lib.* 6. *epiſt.* 5. & in prætura cum Licinio Nepote jurgio contendit, neque contumeliis temperavit: quod in Senatu Licinius dixerat, petendum à Coſſ. ut referrent ſub exemplo legis ambitus, de lege repetundarum, an placeret in futurum ad eam legem adjici, ut ſicut accuſatoribus inquirendi, teſtibuſque denunciandi poteſtas ex ea lege eſſet: ita reis quoque fieret. Ita autem hæc rixa contentioque inflammata eſt, ut Celſus Nepoti ex libello reſponderit: Nepos vero Celſo ex pugillaribus. Filium habuit Juventium Celſum, qui ſub Antonino Promagiſter fuit, ut ex veteri marmore apud Alberinos Romæ reperto, quod

referτur à Bernardino Rutilio, & à Briſſonio ex Parrhaſiii Catanæique ſcriptis *lib.* 3. *Select. antiqu. cap.* 7. quod & tranſcribere hoc in loco non pigebit emendatius, quam ab illis traditur.

CUM ANTE HOS DIES CONJUGEM ET FILIUM AMISERIM, ET PRESSUS NECESSITATE CORPORA EORUM FICTILI SARCOPHAGO COMMENDAVERIM DONEC QUIETIS LOCUS QUEM EMERAM ÆDIFICARETUR VIA FLAMINIA INTER MILIAR. II. ET III. EUNTIBUS AB URBE PARTE LÆVA MONUMENTI FLA. THYMELES FILIÆ M. SINI ORIGI. ROGO DOMINE PERMITTAS MIHI IN EODEM LOCO IN MARMOREO SARCOPHAGO QUEM MIHI MODO COMPARAVI EA CORPORA COLLIGERE UT QUANDO ETIAM EGO ESSE DESIERO PARITER CUM EIS PONAR.

SEPULCHRUM FIERI PLACET.

JUVENTIUS CELSUS PROMAGISTER SUBSCRIPSI III. NON. NOVEMB. ANTIO POLLIONE ET OPIMIANO COSS. ORDINARIIS SEVERO ET SABINIANO COSS.

Ex quo colligere poſſumus, officium Promagiſtri in libellis Imperatori oblatis ſubſcribendi conſtitiſſe: cui muneri ſæpiſſimè ab Impp. Juriſconſulti præficiebantur, ut Papinianus in *l. reſcriptum D. de diſtract. pig.* qui libello agens appellatur, & Aurelius Arcadius magiſter libellorum in *inſcript. legis* 1. *D. de offi. præf. præt.* Miror tamen virum clariſſimum Barnabam Briſſonium loco ſupracitato tradidi-

ſ

ſe, Imperatores ipſos non ſemper his libellis ſubſcripſiſſe, ſed ſubſcribendi curam aliis mandaſſe, cum nullum hujus rei auctorem habeat. quinimo contrarium verum eſt, Imperatores ſcilicet ipſos ſubſcribere ſolitos libellis, & cum illis Promagiſtros: neque aliter ſubſcriptiones Principum legis habebant vigorem; & ſic interpretanda eſt *lex* 1. *D. de conſtit. princ.* Qui quidem mos (quod à nemine adhuc animadverſum legitur) deſumptus ſine dubio eſt à Julio Cæſare, qui ſubſcriptos libellos manu ſua, ab ampliſſimis viris, quos volebat, obſignari etiam jubebat, teſte Cicerone *lib.* 16. *epiſt.* 17. *ad Attic.* in ea quæ ad Plancum eſt: *Adivimus*, inquit, *Cæſarem, verba fecimus pro Buthrotiis, liberaliſſimum decretum abſtulimus, quod eſt obſignatum ab ampliſſimis viris.* quod olim apud nos Gallos obſervatum fuit, ut decreta regum & ſubſcriptiones libellorum manu etiam procerum quorundam obſignarentur, ut ex Annalibus conſtat. & hæc ſubſcriptio libellis appoſita annotatio appellatur in *l.* 1. *C. de precib. imperat. offer.* Multa vero quæ ad Juris Civilis cognitionem pertinent à patre didicit, ejuſque præceptis inſtitutus eſt; ſe enim à patre accepiſſe fatetur ipſe, quod ſervo communi legatum ſit, ſi alter dominorum omitteret, alteri non accreſcere *l.* 20. *D. de leg.* 2. Ejus extat dictum apud Juſtinianum in *l.* 10. *C. qui teſtam. fac. poſſ.* nullum
 eſſe

eſſe qui penitus non exaudiat, ſi quis ſupra cerebrum illius loquatur. De Celſo autem filio intelligit Paulus in *l. ſi ſervum* 91. *§. ſequitur D de verb. oblig.* cum ait, Celſum adoleſcentem ſcripſiſſe, eum qui moram fecerit in ſolvendo Sticho quem promiſerat, poſſe emendare eam moram poſtea offerendo. in qua memoranda ejus extat ſententia, quam in hominum mentibus, qui juris diſciplinæ navant operam, impreſſam eſſe cuperem. *Cum de bono & æquo quæritur, in eo genere plerunque ſub auctoritate juris ſcientiæ pernicioſè errari.* A Flavio Reſpecto Prætore conſultus fuit de facto, cum hæc quæſtio eſſet: Minor 25. annis, annum fortè 24. agens judicium tutelæ heredi tutoris dictaverat, & major factus pro herede ſententiam acceperat, an in integrum reſtitui poſſit; & ſuaſit Celſus Flavio, non facilè hunc in integrum reſtitui, niſi probaretur calliditate adverſarii id actum, ut majore eo facto liberaretur *l. 3. de min.* A Plotiana etiam conſultus fuit, ut apparet ex *l. Plotiana D. de jure codic.* Familiaritate etiam conjunctus fuit cum Domitio Labeone, ut conſtat ex duabus epiſtolis ſibi invicem reſcriptis, quæ extant in *l. 27. D. qui teſtam. fac. poſſ.* ex qua colliget ſatis lector, Jacobum Cujacium hæc verba legis. *rerum mixtura D. de uſurpat. Labeo libris Epiſtolarum ait* ſic fruſtra emendare conatum *Javolenus libris Epiſtolarum ait* quamvis hac ratione mo-

moveatur, quod nulla apud auctores Labeonis Antiſtii Epiſtolarum mentio fiat. non enim verba legis *rerum mixtura* de Antiſtio Labeone interptetanda ſunt; Domitium autem Labeonem Epiſtolas ſcripſiſſe de jure, more aliorum Juriſconſultorum apparet ex dicta *lege* 27. Cæterum fuit quidam Juventius Celſus Juriſconſultus, quem Cicero in Bruto ait nec indoctum fuiſſe, & magna Juris Civilis intelligentia; ex quibus non perperam concludemus, Juris Civilis ſcientiam in Juventiorum familia quaſi hereditariam fuiſſe. Fuit etiam Celſus, qui cum quibuſdam contra Domitianum conjuraverat, et ſalvus nec opinato conſervatus eſt; quod luculenter Dio deſcribit: quem patrem Celſum Juriſconſultum & ratio temporis, & aliæ conjecturæ cogunt augurari. Noſter autem Celſus compoſuit complures libros, quorum in indice Juſtinianeo memorantur

DIGESTORUM LIB. XXXIX.

In quorum ſeptimo ad Epiſtolam Cornelii Felicis quædam ſcripſit, ut apparet ex Ulpiano *lib.* 31. *ad Edictum in l. ſi id D. pro ſocio.* Requit præter hos

INSTITUTIONUM LIB. XX.

EPISTOLARUM LIB. XI.

QUÆSTIONUM LIB. XIX.

Citatur enim *liber* XIX. *in l.* 19. *§.6. D. de auro*

& arg. leg. quæ etiam meminit
COMMENTARIORUM LIB. VII.

SEXTUS POMPONIUS.

SExtus Pomponius inter ſplendidiſſimi Papiniani diſcipulos & Alexandri Severi Imperatoris familiares & ſocios à Lampridio nominatur, *c.*68. à quo legum peritiſſimus appellatur: quamvis Cujacius de fide auctoris dubitet: ego quidem de fide codicis potius dubitarem, cum in eo, qui in Bibliotheca Regia ſervatur, Pomponius non numeretur à Lampridio. nihil tamen obſtat, quo minus eum recte à Lampridio inter Alexandri Severi familiares nominari credamus, certum enim eſt eum poſt Julianum vixiſſe, qui ad Antoninum Pium uſque pervenit, quod ex *l.* 2. *D. de orig. jur.* rectè concluditur, ubi Pomponius Julianum ultimum ex juris auctoribus memorat: hac autem in lege eorum tantum qui jam è vita exceſſerant mentionem facere voluit, viventium nomine omiſſo, ut auctores alii facere ſolent, verecunda quadam modeſtia impulſi. Hoc conjicitur etiam ex verbis ipſius Pomponii *lib. 7. epiſtolarum in l. apud Julianum* 20. *D. de fideicom. libert* qui cum refert ſententiam Juliani, non ait quàm ab illo audivi, ſed ſic loquitur, *quam dixiſſe fertur Julianus.* quæ ſatis denotant
ean

eam ab aliis accepiſſe, & eo mortuo illa verba ſcripſiſſe. quamvis enim Pomponius Juliani extrema tempora attigerit, non tamen inepte dicemus epiſtolam illam imperante Alexandro Severo eum ſcripſiſſe; Pomponium ſiquidem ex temporum ſupputatione Torquato III. & Juliano Juriſconſulto Coſs. aut anno ſequenti natum conſtabit: quamvis ſeptuageſimus octavus ætatis ſuæ annus ſub 4. Imperii Alexandri annum inciderit. Ex quibus liquidò apparet verba Ulpiani in *l.* 63. *§. ſi ſervo.* 9. *D. pro ſocio* corrupta eſſe: *Et ait Julianus, Sextum Pomponium referre Sabinum reſpondentem non communicari, & poſſe hanc ſententiam defendi Julianus ait.* ſicque reſtituenda: *Et ait Sextus Pomponius, Julianum referre Sabinum reſpondentem non communicari &c.* Quos honores in republica geſſerit ſcriptum non reperi. Eum quidem & ad ſenectutem extremam literarum ſtudia produxiſſe certum eſt, ex dicta lege *apud Julianum.* ubi ipſe ſcribit: *Ego diſcendi cupiditate quam ſolam vivendi rationem optimam in octavum ſeptuageſimum annum ætatis duxi, memor ſum ejus ſententiæ quàm dixiſſe fertur Julianus,* ϗ τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῇ σορῷ ἔχων προσμαθεῖν τι βουλοίμην. Et philoſophiæ Stoicæ præceptionibus imbutum fuiſſe declarant verba legis *rerum mixtura D. de uſurpat. & uſucap.* quæ Senecæ doctrinam ſapiunt *libri 2. Natural. quæſt. cap.* 2. Is

eſt qui Magiſtratuum & Juriſconſultorum ſucceſſionem, & quaſi Juris Civilis proſapiam eleganti & brevi ſtylo deduxit, tantæque in Jure Civili auctoritatis fuit, ut à multis Jureconſultis, tanquam auctor ſapientiſſimus nominetur, & præſertim ab Ulpiano pleriſque in locis; cujus tamen, ut brevitati conſulamus, *legem* 32. *ſi quis à filio D. de legat.* 1. notabimus, quoniam purgatione non contemnenda illius legis hæc verba egent: *quod ita verum eſſe tam Sextus quàm Pomponius putat, ſi repetitio legatorum ad eum modum concepta ſit.* quæ ſic emendanda puto: *quod ita verum eſſe tantum Sextus Pomponius putat &c.* ut Sextus & Pomponius non diverſi ſint Juriſconſulti. quis enim Sextum Juriſconſultum unquam novit? quippe eum cujus fit mentio in *l.* 1. *D. ad Senatuſc. Silan.* §. 27. rectè Anton. Auguſtinus hunc Sextum Pomponium eſſe conjicit, & Græci non Sextum, ſed Σέρξιον legunt. Facilè autem ex librariorum ignorantia hic error naſci potuit. dictio enim, *tantum*, eodem modo quo, *tam*, ſcribitur, niſi linea ſuperjecta, quod & ſeries orationis, ſenſuſque legis factum ſatis oſtendunt, nam cum Sabinus ſcripſiſſet (hæc enim ſunt verba Sabini) *Si quis à filio pupillo herede inſtituto, cum is in tutelam ſuam veniſſet, pecuniam legaverit, & à ſubſtituto herede legata repetierat: impubere filio mortuo, ſecundum heredem legatum non debere:*

Ul-

Ulpianus ſcribit, Sextum Pomponium hoc verum tantum putare, ſi repetitio legatorum ad eum modum concepta ſit, veluti: *Quæ à filio meo legavi, quæque eum dare juſſi, ſi mihi heres eſſet, id heres meus iiſdem diebus dato*, & non aliter; Pomponius enim ad Sabinum libros edidit, ut infra dicemus. Cæterum Sextus Pomponius à Junio Diophanto per epiſtolam conſultus eſt, quæ extat in *l. ult. D. de minor.* Labeoniſque ſectam minime probavit, ut ex *lib. 35. ad Sabin.* colligitur. Reliquit autem eximia doctrinæ ſuæ monumenta non perpauca. Hæc in indice Juſtinianeo recenſentur.

Ad Q. Mutium lectionum lib. xxxix.

Et index Græcus habet βίϐλια τεσσαράκοντα ἐννέα. Politianus tamen legit *undequadraginta*. Ad hos libros referenda eſt *l. quod autem D. de ſervit. urb. præd.* cujus inſcriptio eſt ejuſmodi: *Pomponius lib. xxvj. ad Quintum Mutium.* & *lex Q. Mutius D. de act. empt.* Ex his libris illud eſt quod refert Ulpianus in *l. Juriſgentium §. adeo D. de pact.* Pomponium ſenſiſſe, poſſe in parte recedi ab emptione quaſi repetita partis emptione, & in *l. ſicut §. apud D. ſi ſervit. vindic.* ex xli. *libro*, non licere agere, ut quis poſſit fumum non gravem facere in ſuo. * Ex his etiam libris deſumptas puto *l. 1. & 2. D. de annuis legat.* quamvis in vulgatis codicibus Ulpiano tribuantur, cum in meo manuſcripto exemplari Pom-

ponii ſint, ſtilumque ipſius maximè redoleant. Labittus quidem ad Pomponium ex *lib.* 5. ad Sabinum primam refert, ad Ulpianum vero ſecundam.

* AD SABINUM LIB. XXXV.

EPISTOLARUM LIB. XX.

VARIARUM LECTIONUM LIB. XV.

Martianus tamen in *l.* 2. *D. quibus in cauſ. pig. vel hypoth.* meminit *lib.* 40. variarum lectionum Pomponii, quam ideo mendoſam puto, legendumque *lib. quartodecimo*, ut libri tertiidecimi mentio fit in *l.* 5. quæ eſt ejuſdem Martiani, & ex quo *lex* 7. deſumpta eſt. in decimo enim tertio, & decimoquarto libro Pomponius de jure hypothecæ & pignoris tractavit. Quædam autem in his libris ad Edictum notata fuiſſe indicat inſcriptio legis *in prædiis D. in quibus cauſis pign. vel hypoth. tac. contrah.* quæ eſt hujuſmodi: Pomponius *libro xiij. ad Edictum ex variis lectionibus*, qui libri aliquando *Ad edictum* tantum vocantur, ut in *l. xiii. §. 2. D. de pignor.*

AD PLAUTIUM LIB. VII.

FIDEICOMMISSORUM LIB. V.

SENATUSCONSLTORUM LIB. V.

REGULARUM LIB. SINGUL.

In indice Græco ſcriptum eſt βίϐλιον ἕν. Ad hunc librum Marcellum notas ſcripſiſſe, apparet ex in-

inſcriptione *l. furioſus D. de acquir. hered.* ubi ita ſcriptum eſt: *Marcellus libro ſingulari Regularum Pomponii.*

'ΕΓΧΕΙΡΙΔΙ'ΟΥ LIB. II.

Scripſiſſe etiam alium librum ſingularem Enchiridii, arguitur ex inſcriptione *legis* 2. *D. de orig. jur. & l.* 2. *D. de juſtit. & jure.*

Præter tamen eos libros qui in indice Juſtinianeo Pomponio tribuuntur, ſcripſit

LIBRUM SINGULAREM DE TACITIS FIDEICOMMISSIS.

Ex quo deſumpta eſt *l. pupillus D. de verb. ſignific.*

LIBROS AD EDICTUM.

quorum ſextus citatur ab Ulpiano in *l. juriſgentium* § *adeo D. de pact.* ſeptuageſimus nonus in *l.* 1. §. *Pomponius D. de Carbon. Edicto*, & fortaſſe libri *lx. & lxxxiii.* qui citantur ab Ulpiano in *l. quod in herede* §. 2. *D. de tributor. act. & in l.* 1. *D. ſi quid in fraud. patron.* § 14. non annotato loco, ad hos referri poſſunt. Ea quidem quæ de Pomponio afferuntur ab Ulpiano in *l.* 1. *D. ne quis eum qui in jus voc.* ex libris quos ad Edictum ſcripſit, deſumpta ſunt. Meminit idem Ulpianus *lib. viii. Pomponii.*

DE STIPULATIONIBUS.

in *l. hoc Senatuſc.* §. *fin. D. de uſufr. earum rerum quæ uſu.*

ABUR-

ABURNIUS VALENS.

JAvoleno Priſco ſucceſſiſſe Aburnium Valentem, Pomponius ait in dicta *l. 2. D. de orig. jur.* quem Antoninum Pium in conſilio habuiſſe Capitolinus refert. Faſti meminerunt Caii Valentis, qui Conſul fuit anno urb. conditæ octingenteſimo & quinquageſimo, ut ſcribit Eutropius *lib.* 8. cum C. Antiſtio, ſub quibus Domitianum Imperatorem occiſum, tradit Dion in Domitiano. Cuſpinianus Caſſiodori in commentariis noſtrum eſſe putat, ejuſque familiaritate uſum Antoninum Pium, hoc Capitolini citato loco, ut auguror, inductus, eum tamen alium fuiſſe ab hoc noſtro arbitror; Cajus enim Valens Imperium Antonini non attigit, cum eum nonaginta annos habentem in Conſulatu mortuum eſſe ſcribat Dion in Domitiano, eodem anno quo Domitianus occiſus eſt; noſter autem Valens quinquaginta poſt Domitianum annis conſuluit Pio Imperatori. quamobrem dicendum eſt, hunc potius eſſe, ad quem ſcribit Plinius *lib.* 4. *epiſt.* qui Trajani temporibus vixit, eumque ſic alloquitur: *Mihi autem familiare eſt, omnes cogitationes meas tecum communicare, iiſdemque te præceptis, vel exemplis monere, quibus ipſe me moneo: quæ ratio hujus epiſtolæ fuit.* quæ oratio hominis eſt ſenis,

ado-

adoleſcentem in cauſis forenſibus non multum verſatum adhortantis. Nec credendum Bernardino Rutilio, qui Aburnium & Valentem duos eſſe putat; minuſque, cum Valentem à Capitolino Salvium dici exiſtimat, non enim apud Capitolinum hæc dictio *Salvius* ad Valentem, ſed ad Salvium Julianum referenda eſt, quem ad Divi Pii tempora perveniſſe, ejuſque conſilio aſſediſſe, certiſſimum eſt ex his, quæ ſupra diximus in Juliano. Libri ejus receſentur in Indice

Fideicommissorum lib. septem.

Ad quos referenda ſunt, quæ apud Aburnium Valentem relata inveniſſe ſcribit Paulus in *l.* 78. *§. cum vir D. de legat.* 3. Hunc etiam

Actionum libros

compoſuiſſe putat Labittus, ex inſcriptione *l. fin. D. ut in poſſeſſ. legatorum eatur*: quæ tamen in vulgaribus codicibus tribuitur Javoleno. Hujus denique Valentis meminit Paulus in *l. debitor* 82. *§. ſervo alieno D. de legat.* 2. & in *lege ſi heres* 25. *D. de fideicom. libert.*

VOLUSIUS MÆTIANUS.

Angelus Politianus epiſtolarum *lib.* 5. ad Jacobum Modeſtum, ſcribit Voluſium Antonini Pii præceptorem fuiſſe. Capitolinus quidem auctor eſt, cum quid Antoninus Pius de jure

jure ſanciret, habuiſſe hunc Mætianum in conſilio, atque ab eo M. Antoninum Philoſophum jus civile didiciſſe. Cujus, & L. Ælii Commodi Veri præclarum extat reſcriptum apud Ulpianum in *l. Divi D. de jure patron.* cujus hæc ſunt verba: *Sed & Voluſius Mætianus amicus noſter & Juris Civilis præter veterem & bene fundatam peritiam anxie diligens, religione reſcripti noſtri ductus eſt, nepotem, neque verbis neque ſententia legis aut Edicti Prætoris, ex perſona vel nota patris ſui excludi à bonis aviti liberti.* ex quo reſcripto qualis, quantuſque vir fuerit Voluſius, exiſtimari poteſt, licet nulla extarent doctrinæ ejus monumenta. Extat aliud DD. fratrum ad Mætianum reſcriptum in *l. 27. D. de liber. cauſa*, ſi Fradrinei codicis lectionem ſequamur: quæ quidem ſi vera eſt, ut veram puto, eum Conſulen fuiſſe, ſaltem ſuffectum, colligere poſſumus ex ipſius reſcripti verbis. Cæterum Caſſianæ ſectæ fuit, quod ex ſcriptis ipſius conſtat: & Julianum, qui Caſſianus fuit, ſuum ipſe appellat in *l. xxx. D. ad leg. Falcid.* Ab Antonio autem Auguſtino Ælius Lampridius falſi crimine damnatur, quod Mætianum inter Alexandri Severi Conſiliarios recenſeat, quem Antonini Pii & Marci temporibus vixiſſe diximus. verum, ſimile veri non eſt Lampridium, qui locupletiſſimos hujus rei auctores affert Acholium & Maximum, tam ignoran-

ranter hac in re lapſum fuiſſe. exiſtimo itaque dictionem *Mætianus* apud Lampridium corruptam eſſe, legendumque *Metius*, ut intelligatur de Metio Juriſconſulto illo, qui auctor eſt *l. 5. D. de jure fiſci*; Marcum enim Metium ſub Alexandro floruiſſe, & Conſulem cum P. Turpilio Dextro fuiſſe, teſtatur vetus inſcriptio relata ab Onuphrio *lib.* 2. Faſtorum. Nonnullos autem de jure libros ſcripſit, quorum in indice Juſtinianeo hi referuntur.

Fideicommissorum lib. xvi.

Citatur ab Ulpiano liber tertius quæſtionum de fideicommiſſis in *l. ſi dominus D. de uſufr.* & à Javoleno liber quæſtionum in *l. Pannonius* 86. *D. de adquir. hered.* qui alius à libris fideicommiſſorum eſt. In eodem indice deſcribuntur ejuſdem Mætiani

Publicorum lib. xiv.

Præter hos ſcripſit etiam

Ad leg. Rhodiam lib. i.

quem librum vulgares indices non habent, eumque Politianus ipſe prætermiſit. Ex eo deſumpta eſt *l.* ἀξίωσις *D. ad leg. Rhod. de jactu*. Notandum tamen, Mætianum non tantum de jactu, in ſuo libro tractare, ſicut tractatur in hoc tit. Pandectarum; jactus enim tantum eſt caput legis Rhodiæ, Mætianus autem hoc in libro ſuo, univerſam legem Rhodiam interpretatur, ac proinde omnia navalia commercia ex-

explicat; lex ſiquidem Rhodia auctore Iſidorc *lib. v. cap. xvij.* eſt navalium commerciorum & Antoninus Imperator non tantum de jactu ſed de rebus nauticis legem Rhodiam præſcriptam tradit, & Cicero teſtatur *lib. 1. de invent* legem apud Rhodios eſſe, ut ſi qua roſtrata ir portu navis deprehenſa ſit, publicetur. Nor mirum autem ſi de rebus nauticis tractare volens Mætianus, ad Rhodiam legem ſcripſerit; nam ab Imperatore Antonino, domina maris appellatur. Ἐγὼ μὲν, inquit, τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης, i. *Ego quidem mundi dominus, hæc vero lex maris.* & ut Conſtantinus Harmenopulus ſcribit, *lib. 2. prompt. tit.* 11. τὰ ναυτικὰ πάντα, καὶ ὅσα κατὰ θάλασσαν κρίνεται, Ροδίῳ τέμνεται νόμῳ. i. *Omnia nautica & maritima negotia Rhodia definiuntur lege.*

Scripſit etiam Mætianus librum

De Asse et partibus ejus,

qui adhuc extat. Libri ejus à Paulo Juriſc maxime probati ſunt.

JULIUS MAURITIANUS.

ALexandro Severo Mauritianum fuiſſe ir conſilio, Lampridius ait. Ejus etiam mentionem facit Ulpianus, *tit. xiij. de cœlibe orbc & ſolit. patre.* Ejus libri in indice Juſtiniani ſcribuntur

Ar

AD LEGES LIB. SEX.

Labittus refert *legem iii. de Edendo* ad ſecundum librum Mauriciani de Pœnis, qui tamen vulgo tribuitur Modeſtino.

NOTAS IN JULIANUM

ſcripſit, ut conſtat ex *l. juriſgentium* 7. §. 2. *D. de pact. l. ſed & ſi quid* 25. §. 1. *verſ. quid ergo D. de uſufr.* eaſque in libros Digeſtorum Juliani factas puto.

TERENTIUS CLEMENS.

CAſſiodorus Clementis mentionem facit, Conſulemque ponit cum Tertullo, Severo imperante, quibus Conſulibus oratio Severi in Senatu recitata eſt anno ab urbe cond. 944. Idib. Juniis, qua prohibiti ſunt tutores & curatores prædia ruſtica, vel ſuburbana diſtrahere, auctore Ulpiano in *l.* 1. *D. de reb. eorum qui ſub tut.* Citatur à Pomponio in *l. Labeo* 21. *D. de ſtatulib.* Pacuvius, ſive Pactumejus Clemens Juriſconſultus, referens quandam Conſtitutionem Antonini Imperatoris: qui quidem an noſter ſit, cogitandum relinquo. Terentius autem Juliani ſectator fuit, ut apparet ex *lege* 6. *D. de vulg. & pupill. & ex l.* 31. *D. qui & à quib. manum.* In indice Juſtinianeo referuntur ejus

AD LEGES LIB. XX.

AFRICANUS.

GRavis & ſubtilis fuit in ſcribendo Africanus, nec fere lex ulla eſt ex ejus libris deprompta in Pandectis, quæ non difficilis ſit, & perobſcura. Scribit autem Lampridius in Alexandro, *c*.68. eum Papiniani diſcipulum fuiſſe, ejuſq; conſilio Alexandrum Imperatorem uſum; quapropter alium exiſtimo ab Africano illo, quem cum Criſpino Cos. primum, & ſecundum cum Trajano VII. Caſſiodori Chronicon habet, ſed eum Africanum eſſe, quem ſubſcriptio *leg*. 13. *C. de pact*. & Damaſus in vita ſancti Fabiani cum Maximino Imperatore Cos. produnt: hocque ex ſerie temporum ſatis conſtat. neque me in aliam ſententiam adducunt Cujacii verba in tractatu 1. ad African. qui Sextum Cæcilium Africanum, cui conſulenti Julianus reſpondiſſe fertur in *l*. 3. *D. de agnoſc. lib*. noſtrum eſſe putat, quod in *l. cum ſervus* 39 *D. de legat*. 1. ita ſcriptum ſit: *Africanus libro xx. Epiſtolarum apud Julianum quærit*. nam Africanus ille, cui conſulenti Julianus reſpondit, is exiſtimandus eſt, quem Conſulem ſuprà cum Trajano diximus. Nec quidem video cur Africanus, qui à Lampridio commemoratur, alius à noſtro exiſtimari debeat: vel cur, ut quidam ſcribunt, allucinatum Lampridium in commemorando eo inter Papinian

niani diſcipulos dicamus, cum hac in re tantum auctorem erraſſe veriſimile non ſit, qui ſub Conſtantini Imperio vixerit, & Acholium, Maximumque Marium hujus rei auctores locupletes habeat: quinimo hæc legis *cum ſervus* verba: *Africanus libro xx. Epiſtolarum apud Julianum quærit*, non eum putaverim habere ſenſum, ut Julianum Africanus conſuluerit, abhorrent enim ab hac explicatione ipſius legis, quæ ſequuntur verba, *putatque ſumptum præſtandum.* quibus ſatis ſignificatur, non eſſe cur de ea facti ſpecie Africanus Julianum per epiſtolam conſuluiſſe videatur, de qua ipſe haud cunctanter ſententiam exponit ſuam, ſed magis, ut Africanus hoc in libro quæſtionem à Juliano agitatam retulerit, & in ejus diſcuſſione judicium adhibuerit ſuum. quæſtiones enim Julianum tractaſſe nos docet *lex* 1. *D. de tutel. & rat. diſtrah.* & Paulus in *l.* 45. *D. de act. empt.* ſententiam noſtram confirmat, cum ait Africanum referre, Julianum agitaſſe quæſtionem de præſtatione ſervi, quam movet idem Africanus in *d. l. cum ſervus de legat.* 1. *& in l. ſi ſerv.* 31. *D. de pign. act.* quæ ex Africani *lib.* 8. Quæſtionum deſumpta eſt. ex qua, & ex *l.* 19. *D. ad Senatuſc. Velleian.* quæ ex Africani *lib.* 4. Quæſtionum eſt, colligitur hos libros quæſtionum, ad Juliani ſcripta maxime ſpectaſſe. Atque ex his non hariolabimur, ſi dixerimus, hæc verba di-

ctæ legis *cum ſervus. libro xx. Epiſtolarum* men
doſa eſſe, reponendumque *libro ix. Quæſtio
num.* nec enim alius ex Epiſtolarum libris locu
in Pandectis invenitur, cum tamem African
librorum multa & frequens mentio fiat: nec ii
ipſo indice Juſtinianeo alii, præter Quæſtiones
libri recenſentur; præterea ſatis manifeſtun
eſt, ex libris quæſtionum Africani hæc verb
l. cum ſervus deſumpta eſſe, ſi illis prima verb
l. 45. D. de act. empti conjungamus: quæ e
libris quæſtionum Africani, nec tyro quiden
dubitabit eſſe. in his enim quæſtionum libris, d
ſervo legato Africanum tractaſſe apparet e
l. xx. D. de manum. teſtam. Hæc dicere volu
non ut aliquid veteris amici, atque in eaden
urbe nati & alti, laudi & exiſtimationi, qua
ſemper à me nec obſcuro nec vario ſermon
prædicabitur, quicquam detractum velim: ſe
ut quid de ea re ſentiam, apud ſtudioſorun
animos teſtatum relinquerem. Cæterum Julii A
fricani oratoris meminit Quintilianus *lib.* 10. *c.* 1
quem in cura verborum parum modicum tradit
& D. Hieronymus in Catal. auctorum Eccle
ſiaſt. Julianum Africanum inter eos auctore
nominat, cujus quinque de temporibus volu
mina extitiſſe ſuis temporibus ſcribit, eumque
ſub Imperatore M. Aurelio Antonino, qu
Macrino ſucceſſerat, legationem pro inſtaura
tione urbis Emaus, quæ poſtea Nicopolis vocat
eſt

eſt, ſuſcepiſſe teſtatur. Recenſentur autem Africani in indice Juſtinianeo

QUÆSTIONUM LIB. IX.

de quibus ſupra diximus. Illud tantum addam, tractaſſe libro quinto de lege Falcidia, ex quo deſumpta eſt *l. qui quadringenta* 88. *D. ad leg. Falcid.* eumque nonnulli in computatione *§. qui ducenta*, maxime erraſſe calumniati ſunt. quem tamen fortiſſime tuetur Alciatus *lib.* 6. *Paradox. cap.* 6.

ULPIUS MARCELLUS.

ANtonino Pio Marcellum familiarem fuiſſe certum eſt. ideoque *lex Antoninus D. de fideic. libert.* non Martiano ſed Marcello adſcribenda eſt, quod ſatis innuunt verba illa: *Antoninus Auguſtus noſter*; nam Martianum ſub Alexandro Severo, non ſub Antonino Lampridius ponit. Marcelli filius fuit, qui ſub Domitiano adhuc juvenis apud Centumviros eloquentiæ fama vigebat, & rei militaris non imperitus erat, auctore Statio Papinio *lib.* 4. *Sylvarum* 4. his verſibus ad eum ſcriptis:

Ceſſat centeni moderatrix judicis haſta.
Qua tibi ſublimi jam nunc celeberrima fama,
Eminet, & juvenes facundia præterit annos.

Et poſtea adjicit:

— *Nec enim tibi ſola potentis*

Eloquii virtus; ſunt membra accommoda bellis &c.

Hunc hominem modeſtum, & frugi, Dion Nicæus appellat in Commodo, & Zonaras ἀδωρόταλον, & ἄνδρα ἐγκραλῶς τε ζῶνλα, καὶ ϛρατιωλικῶς. cujus abſtinentiæ maximum exemplum tradit; ne enim pane ſatiaretur, non recentem, ſed ante multos dies coctum, & ut ipſe loquitur, πολυημερόν τε καὶ παλαιόταλον edebat. Dignitates autem ampliſſimas conſequutus eſt; Legatus enim Cæſaris fuit, & Præfectus Prætorio Pannoniæ inferioris: Virtutique & Honori, hoc honore fungens, votum ſacravit, ut apparet ex hoc vetuſto titulo.

VIRTUTI.
ET.
HONORI. L.
ULPIUS. MARCELLUS.
LEG. AUG.
PR. PR.
PANNON. INF.
V. S.

hocque credo feciſſe, quod Marcellus gentilis ſuus, ædes Virtuti, & Honori ſacraverat auctore Valerio *lib.* 1. *cap.* 1. Præturam etiam exercuit, in qua, teſte Suida, vigilantiam ſuam maximè oſtentare ſtuduit; ut enim totam noctem lucubraſſe videretur: eaque de cauſa nec alius quiſquam familiarium ſuorum dormiret, duodenos codicillos, quales è tilia confici ſolebant, quolibet penè veſpere conſcribebat, & man-

mandabat, ut alii aliis horis aliquibus afferrentur, ut quaſi pervigil admirationi eſſet. Tantæ autem doctrinæ & auctoritatis in jure fuit, ut Ulpianum ſententiam ſuam hujus auctoritate roboraſſe Juſtinianus referat in *l. penult. C. de condict. indeb.* Caſſianorum partes ſequutus eſt, quod cum ex doctrinæ ſuæ monumentis apparet: tum quod Julianum, qui Caſſianus fuit, ſuum appellet in *l.* 85. *D. de condit. & demonſtr.* A Scauro per epiſtolam conſultus fuit in *l. x. D. de ſervit. urban. præd.* Scriptorum autem Marcelli in indice Juſtinianeo hæc extant.

Digestorum lib. xxxv.

vel ut in aliis codicibus xxxi. vel ut in indice Græco βίϐλια τεσσαράκοντα. in quibus omnibus vel erratum eſt, vel in inſcriptione *legis* 2. *D. de capt. & poſtlim. reverſ.* quæ ex *libro xxxix.* Digeſtorum decerpta eſt. Septimo autem horum Digg. libro, Marcellus multa videtur ſcripſiſſe de donationibus inter virum & uxorem factis, ex *l.* 5. *§. pen.* ex *l.* 7. *§.* 1. & ex *l. Sulpitius* 49. *D. de donat. inter virum & uxor.* quam tamen ultimam falsò quidam ex *libro* 7. Martiani Digeſtorum putant.

Ad leges lib. vi.

Responsorum lib. unus.

Multa etiam ſcripſit Marcellus, quæ non ſunt in indice Juſtiniani comprehenſa. Libros

De Officio Consulis,

quorum quintus citatur in *l.* 1. *§. fin. D. ne de ſtatu def. poſt quinq.* Quædam etiam ad librum ſingularem regularum Pomponii notaſſe videtur ex inſcriptione *leg. furioſus* 63. *D. de acquir. hered.* Notas etiam ſcripſiſſe in libros Digeſtorum Juliani, eumque ſæpiſſime reprehendiſſe apparet ex *l.* 9. *§.* 8. & *ex inſcript. l xi. D. quod met. cauſa geſt.* & ad eas notas pertinere puto ea, quæ traduntur ab Ulpiano *lib. xvii. ad Edict.* in *l. xii. §. Julianus D. de uſufr.* ubi diverſam eorum ſententiam recenſet Ulpianus: Juliano condictionem furtivam ſoli proprietario conpetere; Marcello vero fructuario, dicentibus. quamobrem alii Juriſconſulti, cum quid veriſſimum in Jure oſtendere volunt, Julianum hoc dicere, & Marcellum conſentire ſcribunt in *l. ſi ſervus* 27. *§. ſervi autem occ.* 3. *D. ad leg. Aquil.* & *l.* 2. *in fine D. de noxal. act.*

CERVIDIUS SCÆVOLA.

Hujus conſilia M. Antoninum Philoſophum ſæpe adjuverunt. Habuit ſecum, inquit Capitolinus, præfectos, quorum & auctoritate & periculo ſemper jura dictavit; uſus eſt Scævola præcipue Juriſperito. Modeſtinus eum appellat juris coryphæum in *l. ſcire* 13. *§.* 2. *verſ. ſed etſi maxime D. de excuſ. tut.* Paulus in *l. qui plures lib.* 38. *§. fin. D. de vulg.* & Theodoſius

in

n ſuo Codice *tit. de teſt. & codic.* prudentiſſimum omnium Juriſconſultorum, Tryphoninus noſtrum Scævolam in *l. xii. D. de diſtract. pign.* & Paulus in *l.* 56 § 3. *D. de jure dot.* Severi Imperatoris præceptorem fuiſſe eum, tradit Angelus Politianus *Epiſtol. lib.* 5. Hunc autem Q. Cervidium Scævolam ex gente Q. Mutii veteris Juriſconſulti fuiſſe Cujacius putat in *l. ſi aliena D. de uſurpat. & uſucap.* hoc cognomine Scævolæ, ni fallor, hallucinatus. non enim ex cognomine gens, ſed ex nomine dignoſcitur; quum autem hic Cervidii, non Mutii nomen habeat, diverſæ genti ſine dubio adſcribendus eſt: nec magis Quinti Mutii gentilis eſſe poteſt; quamvis enim non ignorem multos diverſæ etiam gentis, gentiles eſſe vocatos: hoc tamen fiebat, quod ſimili nomine appellarentur, ſicut; Cicero *lib.* 1. *Tuſcul.* ſcribit ſe gentilem Servii Tullii Regis, quod uterque Tullii nomine uteretur. quod quidem in hoc Cervidio dici non poteſt, qui Mutii nomen non habuit. Apud Feſtum *gentilis* dicitur is qui ſimili nomine appellatur. Cæterum hunc Cervidium non Servilium, contra Haloandri & Alciati opinionem Antonius Auguſtinus recte putat libro ſingulari ad Modeſtinum, in Græco enim exemplari κερβίδιος ſcribitur. Proculeianus autem fuit, ut patet ex *l. quidam referunt D. de jure codic.* Hic eſt Scævola, qui tractatum de poſtumis nepoti-

bus inſtituendis, cujus pars extat in *l. Gallus D. de lib. & poſt.* breviter, & conciſe more ſuo conſcripſit. Et quanquam ſecundum ea quæ proponerentur reſpondere & cavere ſoleret; rem tamen non tam ad verba, quam ad eam quæ ex verbis intelligi poterat æquitatem, deflectebat. Et præ cæteris Jureconſultis intra terminos Juris Civilis ſe continuit, ut omnes quæſtiones, præter eas, quæ juris erant, contempſerit. Alciatus autem *lib.* 4. *cap.* 1. parergôn putat eum irrideri à Claudio; cum enim quidam rogatus eſſet, ut Titiæ hereditatem reſtitueret, acceptis ab ea centum nummis, eaque deceſſiſſet, antequam daret centum; & quæſitum eſſet, an heres ejus offerendo centum, fideicommiſſum conſequi poſſet: Scævola reſpondit, heredem conditioni parere non poſſe; Claudius autem qui notas in Scævolam ſcripſit: *Magno*, inquit, *ingenio reſpondit Scævola de jure aperto, cum poſſet dubitari, an in propoſita conditio eſſet l. à teſtatore* 109. *D. de condit. & demonſtrat.* Scævolæ denique in indice Juſtinianeo hi libri numerantur.

QUÆSTIONUM LIB. XX.

quæſtionum variarum vocat Martianus in *l.* 1. *D. quæ res pign. vel hypoth.* Ad has quæſtiones pertinere videntur ea, de quibus Paulus in *l. cum quidam D. de liber. & poſt.* ait Scævolam in diſputando diſſeruiſſe. Ad eum referenda ſunt,

quæ

uæ Ulpianus in *l.* 10. *D. de uſurp. & uſuc.* Scæ-
olam ſcripſiſſe tradit: quamvis Q. Mutium
cævolam idem dixiſſe Cicero de finibus te-
etur.

Responsorum lib. vi.

Regularum lib. iv.

Quæstionum publice tractatarum
ber ſcilicet ſingularis, ut in indice ſcriptum
ſt Græco, βιβλίον ἕν. Ex hoc autem libro accepiſ-
Ulpianum conjici poteſt ea, quæ ipſe ſcri-
ſit in *l. mulier quæ duobus* 22. *D. ad Trebell.*
cævolam retuliſſe de quadam facti ſpecie,
e qua Marcus Imperator in auditorio judi-
averat.

De quæstione familiæ lib. singularis.

d hunc librum pertinere exiſtimo, quæ de
cævola tradit Ulpianus in *l. iii. §. eleganter* 30.
D. ad Senatuſc. Syllan.

Digestorum libri quadraginta.

orum librorum Scævolæ, in quibus quædam
iam ad Julianum notavit, mentio fit in *l. ſi
actum* 54. *D. de pact.* cujus legis inſcriptio hæc
t: *Scævola apud Julianum lib. xxxii. Digeſto-
um notat.* & in *l. ſi in venditione D. de peric. &
ommodo rei vend. libro 7. Digeſt.* Juliani ſenten-
am notat: & ad hos libros referenda ſunt hæc
Martiani verba: *Et Scævola notat* in *l. filiusfa-
milias* 114. *D. de legat.* 1. Ad Marcellum etiam
in

in his notas ſcripſiſſe conſtat ex *l. xi. §. 6. D. de donat. inter virum & uxor.* Quædam etiam ad Sabinum notaſſe non male colligi poteſt ex Paulo in *l. xix. D. de negot. geſt.* Variavit aliquando Scævola in *l. 23. D. de acquir. rerum dominio*; quod Cujacius *lib. 4. Obſervat. cap. 11* animadvertit.

FLORENTINUS.

FLorentinum cum Ulpiano, Paulo, & cæteris Papiniani diſcipulis, qui à Lampridio nominantur, Alexander Severus in conſilio habuit. Nominantur autem tantum hujus in indice Juſtinianeo·

INSTITUTIONUM LIBRI XII.

TITUS CAIUS.

FUiſſe hunc Juris auctorem Grammaticis familiarem, pleriſque ignotum non eſt; & maxime Servio, ut ex illius verbis ad hos Virgilii verſus apparet:

Non ego te vidi Damonis, peſſime, caprum
Excipere inſidiis, multum latrante Lyciſca?

Homericæ tamen lectioni eum deditum male colligit Cujacius *xi. Obſ. 38.* ex his verbis Servii Virgilii interpretis 3. Georg. *Apud majores omne mercimonium in permutatione conſtabat,* quod

quod & Cajus Homerico confirmat exemplo. non enim hæc de Tito Cajo intelligenda eſſe, ſed de Cajo Caſſio ſupra docuimus in Proculo. Vixiſſe autem hunc Cajum Hadriani Imperatoris temporibus, ſcriptis ipſe ſuis teſtatus eſt in *l. utrum D. de reb. dub.* quam haud dubie, & ex Pandectis Florentinis, & aliis impreſſis codicibus Caji eſſe conſtat; ſuaque ætate reperta eſt mulier, quæ uno fœtu quinque liberos enixa eſt: *Et noſtra quidem ætate*, inquit, *Serapia Alexandrina mulier ad D. Hadrianum perducta eſt cum quinque liberis, quos uno fœtu enixa eſt.* quibus ex verbis apparet, Cajum hæc ſcripſiſſe Hadriano jam mortuo, & inter Divos illos fictitios relato, & conſecrato. Sed an is ſit Ælius ille Hadrianus ex conſobrina Trajani natus, xv. Romanorum Imperator: an vero Antoninus Pius, Hadriani nomine à Cajo hic intelligatur, quæri poteſt. ſæpe enim Hadrianus in Jure pro Anton. Pio ſumi videtur, ut in *l. ſi de vi 37. D. de judic.* quod Calliſtratus Hadrianum ſcripſiſſe ait: *Si de vi & poſſeſſione quæratur, prius cognoſcendum de vi quam de proprietate rei,* Martianus id Pii reſcriptum refert in *l. qui cætu D. ad leg. Jul. de vi publ.* Papinianus quoque in *l. deducta 58. §. 3. ad Senat. Trebell.* & in *l. acceptis 93. D. ad leg. Falcid.* ſcribit Hadrianum reſcripſiſſe: *Eum qui centum nummis acceptis hereditatem reſtituere rogatus eſt, totam pecuniam jure Falcidiæ*

diæ percipere videri, id ipſum conſtituiſſe Pium Imperatorem Martianus ait in *l. in quartam* 91 *D. ad leg. Falc.* Huic ſimile eſt, quod à Cujaci colligitur in titulo de Senatuſc. Tertulliano ex *l. inter fidejuſſores* 26. *D. de fidej.* ſi conjungatur le: *ſi teſtamentum* 49. *eod. tit.* Sed mihi iſta quæſtio non faciles explicatus habere videtur; nam & duo eſſe diverſorum Imperatorum reſcripta illa quorum Calliſtratus & Martianus meminerunt, aſſeverari poteſt: licet utrumque τῷ κοινῷ τῶν θεοσ-άλων ſcriptum legatur. Quod quidem Antonium Auguſtinum *lib.* 4. *cap. xvi.* adeo hærere fecit, ut de ea re differere maluerit, quam judicium proferre ſuum; fierique potuit, in ſimili ſpecie eadem Pium Imperatorem conſtituiſſe, quæ antea Ælius Hadrianus conſtituerat. & quanquam non ſim neſcius, Antoninum Pium Hadriano mortuo prænomina *Imperatoris Cæſaris Hadriani filii, Trajani Parthici nepotis*, atque omnes Imperii titulos, & inſignia ſuſcepiſſe: nunquam tamen aliena nomina Imperatoribus tribuuntur, niſi ab eis, qui ſub eorum imperio vixere. Hoc, ut mea fert opinio, vel ignoraſſe videtur Tribonianus, vel neglexiſſe in §. 2. *de Senatuſc. Tertul. in Inſtit.* cum Senatuſconſultum Tertullianum Hadriani temporibus factum eſſe aſſeruit; Tertullum enim & Sacerdotem ſub Antonino Pio Coſſ. fuiſſe inficiari nemo poteſt. Cæterum Antonius Vacca in

procem. Digeſt. §. 1. ait ſe quandoque ſuſpicam, hunc Cajum vel Chriſtianum fuiſſe, vel hriſtianis,qui tunc erant, judicium adjunxiſſe um. eaque de cauſa *ſuum* à Juſtiniano appellam in § *quas ex omnibus in procemio Inſtit.*& in *lex Cornelia de publ. judic.* Caji quidem cujuſm fit mentio à Nicephoro Calixto *lib.* 4. *Eceſ. hiſt. cap. xii.* quem Chriſtianum fuiſſe, & o religione nonnulla ſcripta ediidiſſe ab eo ocemur ; alium tamen ab hoc noſtro puto: mque potius augurarer eſſe,quem ſub ZephenoRomanæ urbis Epiſcopo, Antonino Severi io imperante, diſputationem adverſus Prolum Montani ſectatorem celeberrimam haiſſe ſcribit D. Hieronymus in *Catal. ſcript. cclеſ.* Neque autem exiſtimandum eſt, Cajum à Juſtiniano ſive Triboniano *noſtrum* appellari, od Chriſtianus fuerit, ut Vacca arbitratur: d quod præcipue illius ſcriptis fuerit delectas in Inſtitutionum compoſitione. quod ex his riboniani verbis ſatis liquet: *Quas ex omnibus tiquorum Inſtitutionibus & præcipue ex Caji ſtri tam Inſtitutionum, quam Rerum quotianarum, aliiſque multis commentariis compoas &c.* quod etiam de Pomponio dici poteſt i *l. cum ſervus D. de ſtipulat. ſervorum.* Atque c certè non animadverterunt homines quim minime mali, ſed parum in his rebus veri, quarum arbitrati ſunt ſe tenere ſcientiam; cum

cum Cajum Juſtiniani familiarem dixerunt quod *noſtrum* ipſe appellarit. Nec repreher ſione minus dignus Bernardinus Rutilius a ingeniis ſagacibus exiſtimabitur, cum locu ſupra citatum Juſtiniani depravatum ſcribit, vitio exemplarium nomen *Caji* in dictione *noſtri* corruptum. Multos autem Cajus de ju civili libros ſcripſit. quorum hi in indice Juſt nianeo leguntur.

Ad Edictum provinciale lib. xxxi

Ad leges lib. xv.

Ad Edictum Urbicum qui haber potuerunt lib. xii.

Politianus corrupte legit *Ad edictum publicu libri xv.* Plures enim ad Edictum Cajus libr ſcripſit, ſed Juſtiniani temporibus duodeci tantum extabant. quamvis in indice Græco ex ratum ſit τὰ μόνα εὑρεθέντα βίβλια δέκα. Edicti a tem Urbici tractationem non abs re diſtinxiſ videtur Cajus ab Edictis Provincialibus; Provi cialia ſiquidem Edicta erant, quæ à Proconſ libus in Provinciis Conſularibus, aut à Præt ribus in Prætoriis proponebantur. Hujus Ed cti explicationem per titulos fuiſſe diſtribu tam, ex multis legum inſcriptionibus conſta Erat in eo Titulus *de Publicanis l. veter.* 19. *D.* *act. empti l. hoc Edicto* 5. *D. de public. & vec* Titulus *de liberali cauſa. l. ſi liber* 13. *D. ad e hibendum.* cujus tamen inſcriptio non ad Ed ctu

ctum Urbicum, ſed hoc modo concepta eſt: *Cajus libro ad Edictum Prætoris Urbani.* quæ quidem demonſtrat, his in libris Edicta Prætorum Urbanorum explicari. Titulus etiam erat *de aqua pluvia arcenda. l ſed venditor* 13. *D. de aqua pluv. arc.* Titulus *de damno infecto. l. in noxalibus* 30. *D. de nox. act. l. eorum* 19. *D. de damn. infecto;* Titulus *de re judicata.* ex inſcriptione, quam Labittus probat, *l. intra dies* 7. *de re judicat.* Titulus *de operis novi nunciatione l. creditori.* 9. *D. de oper. novi nunciat.* Titulus *qui neque ſequantur, neque ducantur. l. ſolutum* 48. *D. de verb. ſignific.* Titulus *de Teſtamentis. l. illa inſtitutio* 32. *D. de her. inſtituend.* Titulus *de legatis. l. ſemper* 56. *D. de Regul. jur.* Hi autem libri aliquando a Jureconſultis nominantur *Ad Edictum prætoris urbani.* ut apparet ex inſcriptione *d. leg. ſi liber xiii. D. ad exhib. & dictæ l. illa inſtitutio.*

AUREORUM SIVE RERUM QUOTIDIANARUM LIB. VII.

Ex his libris plurima decerpſit Juſtinianus, vel Tribonianus in componendis Inſtitutionum libris. & continebantur in iis actarum rerum plures ſpecies, quaſi expreſſæ notæ hominum vitæ quotidianæ. quod ex *l. maleficio* 4. *D. de obligat. & act.* conjicere licet. Dicuntur autem libri *aureorum*, vel *rerum quotidianarum*, non ut apud Plutarchum in vita Alexandri *Dialia*, ſed ut Lucretius *lib. iii.* dixit *Dicta aurea*, &

Alpheus Avitus *libros excellentium*, qui à Pri-ſciano citantur: & apud Conſtantinum Harme-nopulum *lib.* 1. *tit.* 1. §. 12. legimus poſteriore Imperatores χρυσοβούλους λόγους compoſuiſſe. Cæterum in indice Græco ſcriptum eſt tantum αὐρεῶν βίβλια ἑπτὰ.

INSTITUTIONUM LIB. IV.

Extat apud Boëtium *lib.* 3. *in Top.* Ciceron. ex *lib.* 1. Inſtitutionum Caji locus ſane luculen-tus. Et earum Epitome ab Aniano Alarici conſiliario compoſita ſub Caji ipſius nomine legitur.

DODECADELTI LIB. VI.

In indice Græco δώδεκα δέλτου βίβλια ἕξ, i. duode-cim tabularum *libri ſex.* ſic apud Theophilum *lex xii.* Tabularum δωδεκάδελτος νόμος dicitur.

DE VERBORUM OBLIGATIONIBUS LIBRI III.

DE MANUMISSIONIBUS LIBRI III.

FIDEICOMMISSORUM LIBRI DUO.

Ponuntur deinde quatuor

LIBRI SINGULARES

DE CASIBUS ENUCLEATIS,

REGULARUM,

DOTALIUM,

DE FORMULA HYPOTHECARIA.

quanquam plures illum edidiſſe argumento eſt, quod ex lib. ſingulari Caji ad orationem Antonini excerpta eſt *l. ſi quis* 60. *D. de ritu nupt.* ex

li o

libro ſingulari ejuſdem de aſſignatione libertorum *l. Senatuſconſulto* 59. *eod. tit.* quodque in procœmio Digeſtorum §. 1. inter quatuor Caji libros ſingulares, qui in ſex illis libris qui à voce magiſtri edocebantur ante Juſtiniani inſtitutum, primus de veteri rei uxoriæ actione, ſecundus de Tutelis, tertius & quartus de Teſtamentis & legatis commemorantur. præterea inſcriptio *l. Sacratiſſ.* 7. *D. ad Senat. Tertull.* eſt ex libro ſingulari Caji ad Senatuſconſultum Orphicianum, & *l. in ſuſpenſo* ex libro ſingulari ad Senatuſconſ. Tertullianum.

De casibus

enucleatis, ut ſupra dictum eſt. quales autem eſſent illi caſus, conjici fortaſſe poteſt ex *l. Neratius* 63. *D. de condict. indeb.*

Regularum.

Dotalium.

De formula hypothecaria.

vel hypothecariæ: ſic liber hypothecariæ in procœmio D. §. vobis autem.

Scripſit etiam Cajus notas ad libros Digeſtorum Juliani, ex quibus deprompta eſt *l. ſi pactus* 54. *D. de pact.* quorum mentio fit in *l. ſi in venditione* 10. *D. de peric. & comm. rei vend.* & apud Marcellum in *l. ſed interim* 11. §. 6. *D. de donat. inter vir. & uxor.* Citantur etiam Commentarii Caji à Javoleno in *l. ſi quis* 54. *D. de condit. & demonſt.* Sed libenter crediderim Javole-

num in dicta lege & in *l. ſi alieni* 78. *D. de ſolut.* d
Cajo Caſſio, cujus mentio fit in *l.* 2. *de orig. ju*
intellexiſſe. quod ex inſcriptione conjicitur
quæ ex Javoleni *libro* 11. ex Caſſio deſumpta eſt
& ex *lib. vi.* & maxime ex *l. ſi hereditas* 28. *D*
de ſtatuliber. quem enim alibi Cajum tantum
vocat, hac in lege C. Caſſium nominat.

VENULEIUS SATURNINUS.

Q. Claudius Venuleius Saturninus vocatu
ab Antonio Auguſtino, ita ut diverſorum
Juriſconſultorum nomina uni ſoli tribue
rit. Q. enim Saturninus, & Claudius Venu
leius Saturninus diverſi ſunt Juriſconſulti I
chronicis autem Caſſiodori Saturninus quidam
cum Gallo anno ab urbe condita 951. ponitur
Septimio Severo imperante, ſed an noſter ſit
non facile eſt aſſeverare. Noſtrum quidem Ve
nuleium recte dicemus, quem Lampridius in
ter illos Juriſperitos ponit, quorum conſili
Alexander Severus uſus eſt, quique ex ſchol
emanarunt Æmilii Papiniani. ideoque non per
peram judicabimus, ad eum Alexandrum Imp
ſcripſiſſe, ex inſcriptione *legis* 1. *C. quib. no*
objic. longi temp. præſcript. quæ ſic ſe habet
Imp. Alexander A. Venuleio; & Impp. Seve
rum & Antoninum ex *l. x. C. ex quib. cauſ*
infam. irrog. Cæterum Græcis litteris eur

impenſ

impenſe operam dediſſe colligi poteſt ex *l. xvi. D. de pœnis*.

DOMITIUS ULPIANUS.

DOmitio Ulpiano origo fuit ex Phœnice ſplendidiſſima Tyriorum colonia, ut ipſe ſcribit in *l.* 1. *D. de cenſibus*. ſic enim, non *Phœnicia*, ut vulgo, legendum recte putat Turnebus *lib. ix. Adverſar. cap. xv.* Vixit temporibus Severi, & Antonini Baſſiani. atque ad hoc tempus referenda ſunt verba ipſius in *l.* 74. *D. de legat.* 1. *Licet Imperator noſter cum patre ſcripſerit.* quæ enim ibi reſcripſiſſe patrem dicit, in *l. ſi Titio lxi. §. Julianus.* Severum reſcripſiſſe teſtatur. & de iiſdem Severo & Antonino intelligi debent ejuſdem verba *l.* 1. *§. ì præfect.*4. *D. de legat. iii. Quia ei quoque epiſtola D. Severi & Imperatoris noſtri jus deportandi datum eſt.* Utrumque nominat in *l. minor* 18. *D. de minor. viginti quinque ann.* quæ quidem Ulpianum ſcripſiſſe Antonino Baſſiano ſolo imperante ex eo clare liquet, quod Severo Divi nomen appoſuerit; quod Imperatoribus non dabatur, niſi poſt illorum obitum cum inter Deos referebantur, divina ſolemnitate, quam Herodianus deſcribit *libro* 3. Sub Alexandro tamen Severo Ulpianus magno in honore fuit, & ab eo ſummas dignitates conſequutus eſt.

 illum

illum enim Alexander pro tutore habuit, primum repugnante matre: deinde gratias agente; quem ſæpe à militum ira objectu purpuræ ſummæ defendit, ut teſtatur Ælius Spartianus in Alexandro Severo. quamobrem parentem ſuum eum vocat Alexander in *l.* 4. *C. de locato* Non autem abſque cauſa ab Ulpiano milites purpuræ Imperatoriæ objectu abſtinuiſſe dictum eſt, tanto enim honore à militibus habebatur purpura, ut ab iis adoraretur *l.* 2. *C. de privil. g. ſ. hol.* & Procopius *lib.* 2. *de bello Vandal* ſic ſcribit: *Gilimer & Belliſarius juſſi ab his, qui Imperatoriam purpuram ſuſtinebant, Iuſtinianum ſupplices adoraverunt.* quare adorandam noſtram purpuram vocat Zeno in *l.* 4. *C. de conſul. lib. xii.* Ideo autem à militum ira Ulpianus objectu purpuræ ſummæ ab Alexandro defenſus traditur, quod attingere hanc purpuram milites non auderent: ſed tantum qui eminentis poteſtatis erant *l.* 1. *C. de appar. præf. urb* Alexandri etiam conſiliarius fuit, atque id eſt quod Caſſiodorus in Chronicis ſcribit, Ulpianum aſſeſſorem inſigniſſimum ab Alexandro creatum eſſe Aniano & Maximino Conſulibus & Eutropius *lib.* 3. ſimpliciter Aſſeſſorem Aſſeſſores ſiquidem Conſiliarii appellantur in *l. penult. D. de offic. aſſeſſ.* nec eſt, quod referamus ad adſeſſuram, quam ſub Papiniano præf. præt. geſſit, cum Papinianus ad Alexandri

tem

empora non pervenerit. quinimo Caſſiodorus Adſeſſorem inſigniſſimum Ulpianum creatum eſſe dicit, ad differentiam aliarum adſeſſurarum, quas geſſerat, ut Papiniani, vel prætoris n *l.viii.D. de manumiſſ. vindicta*, & in *l. 9 §. 3. D. quod met. cauſa geſt.* inſigniſſimi enim Adſeſſoris nomen meretur, qui conſilio Principis adſidet: quod omnium conſiliorum eſt inſigne. Neque hujus conſiliis in rerum adminiſtratione uti, Alexandro parum laudis fuit: quem maximum fuiſſe Imperatorem, quod Ulpiani admonitionibus in republica regenda plurimum detulerit, ſcribit Æl. Lampridius. Ulpiani prudentiæ, & in rebus politicis experientiæ non parvum exemplum datur ab eodem Lampridio; cum enim Alexander conſtituiſſet apud ſe, omnibus officiis genus veſtium proprium dare, & omnibus dignitatibus, ut à veſtitu dignoſcerentur, & omnibus ſervis, ut in populo poſſent agnoſci, ne quis ſeditioſus eſſet, ſimul ne ſervi ingenuis miſcerentur: hoc Ulpiano diſplicuit dicenti plurimum rixarum fore, ſi faciles homines eſſent ad injuriam. atque ejus conſilio ſatis eſſe ſtatuit, ut Equites Romani à Senatoribus clavi qualitate diſcernerentur. quod prudentiſſime ſtatutum. Sic Seneca *lib. 1. de clementia cap. 24.* *Dicta eſt aliquando in Senatu ſententia, ut ſervos à liberis cultus diſtingueret: deinde apparuit, quantum periculum immineret, ſi ſervi*

noſtri numerare nos cœpiſſent. Quod deſumptum ex Platone 6. *de legibus.* ἐπειδὴ δύσκολον, inquit, ἐστὶ τὸ θρέμμα ἄνθρωπος, καὶ πρὸς τὴν ἀναγκαίαν διόρισιν τὸ δοῦλόν τε ἔργῳ διορίζεσθαι, καὶ ἐλεύθερον, καὶ δεσπότην οὐδαμῶς εὔχρηστον ἐθέλειν εἶναί τε, καὶ γίγνεσθαι: quodque apud Athenienſes uſitatum erat, ut colligitur ex Xenophonte *lib.* περὶ τῆς τῶν ἀθηναίων πολιτείας. Sed ut ad Ulpianum redeamus, fuit etiam ſacrorum ſcriniorum magiſter, auctore Sexto Rufo, & eodem Lampridio: Præfectus item annonæ, ut teſtatur Alexander in *l.* 4. *C. de contrah. & commit. ſtipulat.* Fuit denique Præfectus prætorio: qua in præfectura Alexander cuncta ei permiſit, quæ ad adminiſtrationem Imperii pertinebant, & multa quæ non recte à Sardanapalo facta erant, Ulpianus emendavit auctore Dione Nicæo in Alexandro. Præfecturam autem ab Heliogabalo accepit, eique ſublatam Alexander reddidit, ut prodit Sextus Aurelius Victor *lib. de Cæſaribus* Ejus auditorii mentio fit ab Africano in *l. Titius D. de act. empt.* 4. & apud eum, cum Præfectus prætorio eſſet, quæſitum eſt: *Si impetraſſet creditor à Cæſare, ut pignus poſſideret, idque evictum eſſet, an habeat pignoratitiam contrariam l.* 24. *D. de pignorat. act.* Flavianum autem & Chreſtum interfecit, ut in præfectura eis ſuccederet. Ipſe tamen non multo poſt à prætorianis, qui de nocte eum invaſerant, interfectus eſt, quanquam accurrerat

rat in Palatium, & ad ipſum Imperatorem matremque ejus confugerat. ſed cum adhuc Ulpianus mortuus non eſſet, populus Romanus diſſenſione orta cum prætorianis, trium dierum ſpacio dimicavit magno civitatis periculo. cum enim milites populo inferiores, infœlicique prælio ſe uſos viderent, faces undique ad incendendam urbem intulerunt: quare perterritus populus, pacem cum iis iniit. Neſcio autem, cur à Calepino Ulpianus dicatur Galliarum præfecturam habuiſſe, cum interfectus eſt: nec tamen mirum, ſi in hoc erraverit, cum Hadriani temporibus floruiſſe, & illius ſcriniis præfuiſſe dicat. Cæterum his rebus ita confectis, Epagathus, cujus præſertim ſcelere Ulpianus occiſus fuerat, in Ægyptum tanquam præfectus ejus provinciæ miſſus fuit: ne forte, ſi de eo Romæ ſupplicium fuiſſet ſumptum, ſeditio aliqua concitaretur: atque ita in Cretam reductus condemnatus eſt, ut ſcriptum reliquit Dio, qui ejus vixit temporibus. & hoc Alexandri juſſu factum eſt, ut Ulpiani mortem ulciſceretur, quem magnopere gratum jucundumque habuit. cujus amoris præter ea quæ recenſuimus, apud auctores extant nonnulla veſtigia. Eum enim Alexander ipſe amicum ſuum vocat in dicta *l. 4 C. de contrah. ſtipul.* quamvis ratione præfecturæ ab Imp. ſic nominatum putem. hæc enim erat formula Impp. ad præfectum urbi ſcriben-

tium: ſic in *l.* 1. *D. de appell.* Divi fratres Junium Ruſticum præfectum urbi, amicum ſuum vocant. Sed ut ad Ulpianum revertamur, eum etiam nominat Alexander parentem ſuum in *l.* 4. *C. de locat.* Refertur præterea à Lampridio *c.* 34. cum Alexander inter ſuos convivaretur, aut Ulpianum, aut doctos homines adhibuiſſe, ut haberet fabulas litteratas, quibus ſe recreari dicebat, & paſci. eum ſiquidem aſſiduas quæſtiones nonnunquam in viis, ambulationibus, balneis, librariorum tabernis proponere ſolitum fuiſſe tradit Athenæus *lib.* 1. Deipnoſoph. quare vocatur ab eodem ὀνοματοθήρας, i. *verborum obſervator.* Et quidem illud inſigne; quod neminem Alexander ſolum intra palatium præter Præfectum Ulpianum vidit, eodem Lampridio auctore. Ulpianus itaque inter proceres, & principes apud Alexandrum fuit; unde Modeſtinus Ulpiani coævus, eum κράτιστον appellat *lib.* 2. excuſat. κράτιστος Οὐλπιανὸς ταῦτα λέγει, i. *princeps Ulpianus hæc dicit.* ſicut Homerus ſcripſit ἀγαθὸν Διομήδην *lib.* 14. & *lib.* x. ἀγαθὸν Μενέλαον. & in epiſtolis Hippocratis, in ea Artaxerxis ad Hyſtanem præfectum Helleſponti, & in ea Hyſtanis ad Hippocratem legimus ἀρίστους τῶν Περσαίων, pro principibus Perſarum. ſic etiam Imperatores ab ipſis Juriſconſultis appellabantur, ut à Papiniano Severus & Antoninus in *l. Juriſperitos* 30. *D. de excuſat. tut. Optimi & Maximi Prin-*

Principes,& *in l.* 8. *D. de vacat. mun.* & à Tryphonino in *l.*39. *D. de pœn.* eodem modo, quo nos dicimus, *Tres-haut & tres-puiſſant Prince*. aliquando ſeparatur *Optimi* nomen à *Maximo*, ut apud Pomponium in *l.* 2. *D. de orig. jur.* dicitur *Hadrianus optimus Princeps*, & Papinianus in *l ult. D. de accuſat.* ſic ſcribit: *obſervandum eſſe optimi Principes noſtri generaliter reſcripſerunt*. & in *l.* 67. *§. ſi omiſſa D. de legat.* 2. de Severo: *quam ſententiam optimus quoque Imperator noſter Severus ſequutus eſt.* Aliquando etiam ſeparatur *Maximi* nomen ab *Optimo*, ut apud eundem Papinianum in *l.* 17. *D. de quæſt. quod D. Marcus, ac poſtea Maximus princeps judicantes ſecuti ſunt.* Inde apud Latinos nomen *Optimas* tractum eſt, pro eo qui in republica primas obtinet: & apud veteres ſcriptores Gallicos dictionem illam *homme de bien* pro nobilibus & proceribus regni uſurpatam legimus: ut ad dignitatem explicandam, non ad illum animi habitum, hoc verbum hic accipiendum ſit, Romanorum imitatione, qui nobiles, *bonos* appellabant, eoſque plebi opponebant, ut videre eſt apud Ciceronem pro Sextio: *C. Gracchus frumentariam legem ferebat res erat jucunda plebi, repugnabant boni.* & alibi. quod & ſenſit vulgaris interpres, qui hæc verba: κράτιστος Οὐλπιανὸς, *nobiliſſimus Ulpianus*, interpretatus eſt. Et ipſe Antonius Auguſtinus in

in Modeſtini Latina interpretatione χράτιςος vertit *Optimus*, vim hujuſce dictionis hoc in loco attente conſiderans. Non mirum autem eſt quod Modeſtinus Ulpianum hoc honorificentiſſimo titulo ornaverit. tanto enim in precio ab eo Ulpianus habitus eſt, ut Proconſul Modeſtinus, de ultima Dalmatia eum conſuluerit. *l. ſi quis uxori* 52 *§. ſi quis aſin.* 20. *D. de furt.* Cæterum multa inveniemus in Ulpiano laude digna: quædam tamen vituperanda. quis enim in eo non damnabit Flaviani & Chreſti necem, & inveteratum in Chriſtianos odium? Lactantius enim *lib. 5. Inſtit. cap. xi.* ſcribit, ſeptem reſcripta principum collegiſſe eum in libris de Officio proconſulis, ut doceret, quibus pœnis affici oporteret eos, qui ſe cultores Dei profiterentur. quod quidem admirationem non mediocrem nonnullis movere poteſt, cum Alexandro Imperatori nemo amicior eo fuerit: Alexandrum vero non ſolum Chriſtiani nominis non inſectatorem fuiſſe: ſed etiam Chriſtum ipſum in larario ſuo inter Deos habuiſſe & coluiſſe legimus apud Lamprid. in ejus vita: ejuſq; matrem Mammæam doctrinæ ſapientiæque Origenis, Chriſtiani doctoris, maxime ſtudioſam fuiſſe, apud Euſebium *lib. vi. cap. xvi. Eccleſ. Hiſtor.* ideoque veriſimile non videtur, Ulpianum tam infenſo erga Chriſtianos animo fuiſſe, quibus Alexandrum favere ſciebat: aut ſi fuerit, tam aperte de-

leclaraſſe : cum aulici commutare vultum & ermonem ad ſenſum & voluntatem Principis oleant. verum admirationis nulla cauſa ſupereit, ſi hos libros de officio proconſulis, ante mperium Alexandri, ſub Heliogabalo ab Jlpiano ſcriptos ſciverimus ex *l. obſervare D. de ffic. proconſ.* ex *l. ſolent D. eod.* ex *l. 6. D. de legaion.* permultiſque aliis quamvis Genebrardus n Chronologia contrarium ſentire videatur. Præterea non eſt quod credamus, Alexandrum Chriſtianorum perſequutione omnino abſtiuiſſe, ut quidam cenſent : licet forte ea crudeitate, qua alii Principes, adverſus eos non ævierit. ſic enim ſcriptum eſt in Martyrologio Romano : *Sancta Martina virgo Romæ ſub Alexandro Imperatore diverſis tormentorum generibus cruciata, tandem gladio martyrii palnam adepta eſt.* & 6. Non. Martii : *Item Romæ plurimorum ſanctorum Martyrum, qui ſub Alexandro Imperatore, & Ulpiano Præfecto diu ruciati, ad extremum capitali ſententia damnati unt.* nec enim hac in re conſtantem rationem mperatores habuere ; ſub eodem enim Prinipe & Chriſtiani laudabantur, & lædebanur. ſic Hadrianum Lampridius in Alexandro cribit cogitaſſe Chriſto templum facere, eumque inter Deos recipere, templaque in omnius civitatibus ſine ſimulachris ob eam cauſam uſſiſſe fieri, eum tamen in loco paſſionis Chriſti,

ſti, ſimulachrum Jovis conſecraſſe; Bethleemque Adonis templo prophanaſſe teſtatur Paulinus *Epiſt. 2. ad Severum*. Cæterum tanta fuit Ulpiani in jure civili experientia, ut ab Eutropio juris conditor appellatus ſit, & à Juſtiniano in *novel. 97. c. 6.* ſapientiſſimus. in *l. fin. C. de inſt. vel ſubſtit.* diſertiſſimus, & in *l. un. §. ne autem 9. C. de cad. toll.* ſummi ingenii vir. Fuit porro Ulpianus quidam miles temporibus Gordiani, ut apparet ex inſcriptione *l. vii. C. de uſufr. & habitat.* fuit & Ulpianus Rhetor: ſed alii à noſtro. Ulpiani Baſilicam Romæ nominari ſcribit Bernardinus Rutilius. Multa de jure ſcripſit: in indice Juſtinianeo ejus libri numerantur.

Ad Edictum lib. lxxxiii.

quorum fit mentio à Juſtiniano in *l. maximum vitium C. de lib. præter.* nam de Edicto prætorio verba ejus l. intelligi debent, ut apparet ex *l. 1. D. de pecun. conſtit.* ex *l. ſi duo 16. eod. tit. & aliis*: ideoque in *l. 1. D. ſi quis jus dic. non obtemp.* pœnam ex eo Edicto poſt annum non dari recte dicitur, quia prætoria eſt: ut in *l. 24. D. de in jus voc.* Inſcriptionem autem *l. 1. D. ſi pars hered. pet.* quæ ſic ſe habet: *Ulpianus lib. 5. ad Edictum* mendoſam eſſe exiſtimo, reponendumque *lib.* 15. hoc enim in libro continebantur omnes actiones, quæ ad hereditatis petitionen à Prætore proponebantur, ut apparet ex legibus quæ ſumptæ ſunt ex dicto libro Ulpiani in

n *tit. ſi pars hered. pet.* & *tit. de poſſ. hered. petit.* Tribonianus enim in ſua pandectarum compoſitione, ordinem Ulpiani ſequutus eſt. Hos autem ad Edictum libros, ante libros ad Sabinum editos fuiſſe cognoſcitur ex *l. cum hic ſtatus* 32. *§. ſi quis ſponſ.* 27. *D. de donat. inter vir. & uxor.* juncta cum *l. quæſitum.* 9. *D. de ſponſal.*

AD SABINUM LIB. LI.

De Maſſurio Sabino hoc intelligendum, quemadmodum docuimus ſupra, cum de Sabino ageremus. In his libris quædam erant, quæ effugiebant legis Miſcellæ obſervationem, ut ſcribit Juſtinianus in *l.* 3. *C. de ind. viduit.* His autem libris totum fere jus complexus eſt. eos enim ad Sabini libros juris civilis ſcriptos puto.

AD LEGES LIB. XX.

Ex quorum xiii. deſumptam credo *l.* 31. *D. de legib.* eaque ex parte, in qua leges Julia & Poppæa enarrabantur, quæ multa capita continebant. Ad quas etiam Terentius Clemens libros ſcripſit viginti. ſic enim in veteri indice Græco legitur Τερεντίου Κλήμεντος *ad leges* βίβλια εἴκοσι. ex quorum xv. & xviii. deſumptæ ſunt *l. ſi mihi* 59. *D. de legat.* 2. & *l. operis* 5. *D. de oper. ſerv.* Hos autem libros ad leges Juliam & Papiam, imperante Commodo ab Ulpiano ſcriptos, quidam putant ex *l.* 45. *D. de ritu nupt.* quæ ex *lib. iii. ad leg. Juliam & Papiam* deſumpta eſt; hæc verba: *ut reſcripto Imperatoris noſtri, & Divi*

pa-

patris ejus continetur. ſic interpretantes; mot *l.x.D. de in jus voc.* & *l.iii. §. is plane D. de ſui & legit. hered.* verum hæc *l. 45. ad Impp.* Severum, & Antoninum ejus filium referenda eſt Quæ res nobis cauſam præbebit obiter notand legem *verum. 11.pr.D de minor. xxv ann.* mendoſam eſſe hoc loco: *Cæterum ex delicto in ſervitutem facto, domino adverſus eum poſt libertatem actio non competit, & hoc reſcr pto Divi Severi continetur.* expungendamque dictionem, *Divi*, tanquam adulterinam hoc enim reſcriptum eſt Alexandri Severi, quod refertur in *l. 1. C. de noxal. act.* Alexandrum autem Severum ab Ulpiano Divum appellari poſſe non putandum, cum Ulpiano Alexander ſupervixerit.

Disputationum lib. x.

Hos libros Politianus prætermiſit, ad quos pertinere exiſtimo duas illas quæſtiones, quas ſe inveniſſe apud Ulpianum Juſtinianus ait in *l. ſi quis duobus C. de impub. & aliis ſubſtit.* & illa quoque de quibus idem Juſtinianus in *l. ſi plures C. de condit. inſert.* Harum diſputationum fit mentio in inſcript. *legis in bonæ fidei 36. D. de pecul.* Publicas fuiſſe diſputationes ad perennem ſcientiam & memoriam agnoſcitur ex *l. Divo Marco. C. de quæſt.*

Omnium tribunalium lib. x.

in quibuſdam codicibus legitur

Pro-

PROTRIBUNALION βιβλία δέκα.

Ex libro x. nulla lex deſumpta eſt. Tribunalia Magiſtratuum erant. Quæ autem appellantur *Omnia tribunalia* ab Ulpiano, *univerſa fora* dicuntur à Valentiniano & Martiano in novel. quam ſcribunt Storacio præf. præt. nondum edita, & à Seneca *omnia fora lib.* III. *de benef. cap.* VII. Non omittemus autem, verba quædam *l. ſi per error.* 15. *D. de juriſd. omnium jud.* quæ ex *lib.* 2. *omnium Tribunalium* deſumpta eſt, vulgo corrupte legi: quibus quidem reſtitutis verus legis ſenſus elicietur. Hujus itaque verba ſic leguntur: *Si per errorem alius pro alio prætor fuerit aditus, nihil valebit quod actum eſt. nec enim ferendus eſt, qui dicat, eos conſenſiſſe in præſidem.* Depravatio ſatis apparet; quomodo enim, ſi alius pro alio prætor fuerit aditus, videlicet peregrinus pro urbano, in præſidem onſentire potuerunt? Jacobus Cujacius, vir xcelſi ingenii, & judicii, pro *in præſidem* legit *in præſentem.* i.e. in prætorem, quem adierunt: ut non præſidem, ſed prætorem, aditum fuiſſe velit, his primis legis verbis motus: *Si per errorem alius pro alio prætor fuerit aditus.* Sed hanc Cujacii conjecturam, ut verum dicam non probo: videturque mihi membro ſano remedium adhibuiſſe: ulcerato autem non item; dictionem enim illam *in præſidem* retinendam ummopere affirmo, ſed principium hujus legis

paululum corruptum non dubito. ſicque ſanandum: *Si per errorem alius pro prætore fuerit aditus*, rejecta illa dictione *alio*, quæ ab inepto quodam gloſſatore notata eſt, & addita ex *l.2. D. de judic.* ubi Ulpianus eadem referens his verbis utitur: *aut ſi putaverunt alium eſſe prætorem pro alio* &c. quæ quidem poſtea tranſcriptorum inſcitia in textum redacta eſt; Eam autem expungendam ſatis oſtendunt, quæ ſequuntur *Nec enim ferendus eſt, qui dicat conſenſiſſe eo in præſidem.* quæ manifeſtò declarant præſiden pro prætore aditum eſſe. Et recte quidem ha in lege Ulpianus loquitur de præſide pro prætore adito: licet dicta *l. 2. de judic.* de prætor pro alio prætore adito tantum intelligenda ſit quod hæc l. deſumpta eſt ex *libro 2. de omnibu tribunalibus*, in quibus libris Ulpianus tracta de juriſdictione omnium judicum, tam urbanorum quam provincialium. *lex* vero 2. *de judiciis* decerpta eſt ex *libro* III. ad Edictum, qu in libro Ulpianus de prætoris juriſdictione edicto tantum ſcribit.

ΠΑΝΔΈΚΤΟΥ LIB. X.

REGULARIUM LIB. VII.

FIDEICOMMISSORUM LIB. VI.

Duobus primis libris, de fideicommiſſis ſing larum rerum tractavit *vid. l. 1. D. ad Sen. Trebe*

OPINIONUM LIB. VI.

Ex quinto deſumpta eſt *lex. 25. D. de adop*

cui contraria videtur conſtitutio Gordiani in *l. 5. C. ne de ſtatu defunct.* in quarum legum conciliatione nihil rectum Gloſſa adducit. Ego Thalelæi explicationem veram puto: patrem ideo apud Ulpianum movere quæſtionem non poſſe, quia pater paſſus eſt filiam teſtamento heredes ſcribere, & ſic emancipationem approbarat, & adverſus factum ſuum venire non poterat.

De Adulteriis lib. v.

De Appellationibus lib. iv.

De Officio Consulis lib. iii.

Institutionum lib. ii.

Hos libros citat Severinus Boëtius *lib. 2. in Top. Ciceronis*, ex quibus illa eſſe Joannes Tilius putat, quæ nuper ejus beneficio in vulgus ex corpore Ulpiani ſunt emiſſa.

Responsorum lib. ii.

Ad hos libros pertinebat reſponſum Ulpiani, ſecundum quod Sabinæ reſcripſit Alexander Imperator in *l. 4. C. de contrah. & committ. ſtipul.*

Ad Edictum Ædilium Curulium.

Hos libros & ſequentes, qui in indice Juſtinianeo reperiuntur, prætermiſit Politianus.

Regularium liber singularis.

De Censibus lib. vi.

De Officio Proconsulis lib. x.

In his libris facile crediderim enucleaſſe Ulpianum tres illas difficiles & perobſcuras

quæſtiones, quas commemorat Juſtinianus in *l. ſanximus 7. §. fin. C. de Senatuſc. Trebell.* Libri ſexti meminit *lex* 1. *C. de communi ſervo manum.* In his autem libris, ſeptem reſcripta Principum, quibus doceret, qua pœna afficerentur Dei veri cultores, Ulpianum collegiſſe ſupra docuimus ex Lactantio *lib. 5. de inſtit. cap. xi.* Hos autem libros expunctos ex albo cæterarum legum fuiſſe à Chriſtianis Imperatoribus exiſtimat Baronius Soranus in commentario Martyrologii: quos ego ab ipſo Juſtiniano, ſive potius Triboniano, cum reliquis Juriſconſultorum libris ſuppreſſos arbitror. Ex libro tamen tertio hæc de Chriſtianis referuntur in *l. 3. §. ult. D. de Decurion. Eos qui Judaicam ſuperſtitionem ſequuntur, Divi Severus & Antoninus honores adipiſci permiſerunt: ſed & neceſſitatem eis impoſuerunt, quæ ſuperſtitionem eorum non læderent.* ubi Alciatus corrupte exaratum putat *DD. Severus & Antoninus,* reponitque *lib. iii. Diſpunct. cap. viii. DD. Verus & Antoninus.* Hos enim exiſtimat, per reſcriptum Chriſtianorum dogma confirmaſſe, & æquales aliis in honoribus adipiſcendis conſtituiſſe, propter beneficium receptum à Chriſtianis militibus in bello Marcommannico; quod tamen falſum; cum ex Julio Capitolino in Marci Antonini vita Verus obiiſſet, antequam M. Antoninus Marcomannos debella-

bellaret. atque ita appareat Marcum Antoninum ſolum hoc edictum conſtituiſſe. Quod & confirmat epiſtola, quæ extat apud Juſtinum in fine ſecundæ apologiæ, quæ à M. Aurelio Antonino ſolo ad Senatum ſcripta eſt, de beneficio à Chriſtianis recepto in hoc bello. Sic Tertullianus in Apolog. *cap.* 5. *Si literæ*, inquit, *Marci Aurelii graviſſimi Imperatoris requirantur, quibus illam Germanicam ſitim Chriſtianorum forte militum imbre diſcuſſam teſtantur &c.* Recte itaque legitur in dicta. *l.* 3. *DD. Severus & Antoninus*, i. e. Septimius Severus, & Antoninus Baſſianus filius, qui ſimul imperarunt, auctore Spartiano in Severo; de his enim loquitur Tertullianus *lib. ad Scapulam*: *Nam & Proculum Chriſtianum qui Torpacion cognominabatur, Euhodeæ procuratorem, qui eum per oleum aliquando curaverat, requiſivit, & in palatio ſuo habuit uſque ad mortem ejus, quem & Antoninus optime noverat lacte Chriſtiano educatus. Sed & clariſſimas fœminas & clariſſimos viros Severus ſciens hujus ſectæ eſſe, non modo non læſit, verum & teſtimonio & populo furenti in os palam reſtitit.* Quod autem Tertullianus ait: *Antoninus lacte Chriſtiano educatus*, ſic intelligendum eſt: quia cum infans eſſet, colluſorem Chriſtianum habuit, ut teſtatur Spartianus in ejus vita, *Septennis*, inquit, *puer*, de Antonino loquens, *cum colluſorem*

rem puerum ob Judaicam religionem gravius verberatum audiiſſet, neque patrem pueri, vel auctores verberum diu reſpexit. Adnotabimus etiam obiter Ulpianum libro ſupra dicto ſcripſiſſe, Imperatores Chriſtianis non ſolum honores adipiſcendi libertatem dediſſe, ſed etiam neceſſitatem impoſuiſſe; reſpuebant enim Chriſtiani Romanos honores, neque ſibi licitum gerere putabant. Unde Tertullianus Apolog. *cap. 45. Ecce Pythagoras apud Thurios, Zenon apud Priennenſes tyrannidem affectant; Chriſtianus vero nec ædilitatem.* Hac de re etiam ample diſſerit *lib. de idololatria: Hinc proxime diſputatio oborta eſt, an ſervus Dei, alicujus dignitatis, aut poteſtatis adminiſtrationem capiat*, &c. quod quidem agitatum apud Chriſtianos puto, ob eam neceſſitatem honores adipiſcendi, ab Imperatoribus ipſis impoſitam.

De sponsalibus.

De officio præfecti urbi.

De officio præfecti Vigilum.

De officio Curatoris reipublicæ.

De officio Prætoris Tutelaris.

De officio Quæstoris.

Præter autem eos libros qui in indice Juſtinianeo reperiuntur, in Papiniani corpus eum ſcripſiſſe Theodoſius teſtis eſt locuples *in l. 1. de reſpons. prud. Cod. Theod.* ex quibus deprom-

pſi

pſit Tribonianus verſiculum *Ulpianus notat l. liberto* 31. §. 2. *D. de negot. geſt.* & quæ Ulpiano tribuuntur in *l. curatores* 3. *D. de adminiſtr. rerum ad civit. pertin.* & in *l. ſervum* 27. *D. de pignor.* Notas etiam ad Ariſtonem ſcripſiſſe colligitur ex *l. Ariſto* 9. *D. de jure codicill.* Item ad Marcellum ex *l. tutor* 28. §. 1. *de adminiſtr. tut.* Præterea compilaſſe non pauca ad Minitii libros indicat inſcriptio legis *vinaria* 206. *D. de verb. ſignific.*

TERTULLIANUS.

TErtullianus ſive ut alii Tertyllianus, maximus juris interpres fuit: ideoque hunc Juſtinianus vocat interpretem juris antiqui *in l. ult. C. de curat. fur.* ejuſque citat *librum ſingularem de Caſtrenſi peculio.* Cæterum errore labi mihi videtur Rivallius, cum putat hunc eſſe, quo referente Senatuſconſultum Tertullianum factum eſt; nec vero Tertullianus ille dictus eſt, ſed Tertullus: nec à Tertulliano ſubſtantivo nomine, Tertullianum adjectivum deduci poteſt. Adde quod Senatuſconſultum Tertullianum factum eſt imperante Antonino Pio, Tertullo & Sacerdote Coſſ. Hic autem mentionem facit auctore Ulpiano in *l. cum quidam* 30. §. *ſuum heredem* 6. *D. de acquir. hered.* Pomponii Juriſconſulti, quem ad ejuſdem Se-

natuſconſulti explicationem pertinentia quædam decreviſſe idem Ulpianus ſcribit in *l.* 11. *§ ſed & ſi quis D. ad Sen. Tertull.* qui etiam meminit hujus Tertulliani in *l. ſive ingenua.* 2. *§ tractarit.* 44. *D. ad Senatuſc. Tertull.* Bernardus autem Rutilius, Joannes Fricardus, cæterique magni nominis viri, hunc Tertullianum eſſe exiſtimant Q. Septimium Florentem Tertullianum, Eccleſiaſticum auctorem, cujus adhuc multa extant opera. quæ quidem opinio omnes fere jam literatorum animos opplevit. Tantum valet apud eos eruditiſſimorum hominum auctoritas: quam tamen ſi veritas ipſa convellat, rogabo lectorem ne repugnet; ſed eam animis libentibus remittat: ratio enim eorum præcipua, quamque nulla vi labefactari poſſe credunt, conjectura tantum levi nititur ex verbis Euſebii *lib.* 2. *cap.* 2. *Eccleſiaſt. Hiſtor* deſumpta, quæ ſic ſe habent: *Hæc Tertullianus vir & legum & inſtitutionum Romanarum peritiſſimus, & inter noſtros ſcriptores admodum clarus.* Quis autem ex iis concludet Tertullianum Chriſtianum auctorem, eum eſſe Juriſconſultum, cujus fit mentio in Pandectis? nemo me hercule Dialecticus. Sicuti nec dicere poſſumus (niſi verba noſtra omnium irriſione ludi cupiamus) Sextum Pompeium, de quo Tullius in Bruto, eum eſſe Juriſconſultum, quem citat Pomponius in *l. & hoc Tiber. Cæſar.* 41. *D. de*

D. *de hered. inſtit.* quod illum Sextum Pompeium, præſtantiſſimum ingenium ad ſummam juris civilis ſcientiam habere Cicero ſcripſerit. Nec Julianum qui Pertinacem occidit, cujus meminit Euſebius *in Chronicis*, eum eſſe exiſtimamus, quem tanquam juris & perpetui edicti auctorem Pandectæ noſtræ habent: licet de eo Euſebius ſic ſcripſerit: *Pertinax occiditur Juliani juriſperiti ſcelere.* Porro rationibus quibuſdam non omnino contemnendis moveor, ut credam Tertullianum Chriſtianum diverſum eſſe ab hoc noſtro Juriſconſulto: & inprimis quidem quod ab Ulpiano tantum citetur, eumque ſententiæ ſuæ ſæpiſſime aſſertorem habeat; ſimileque veri non eſt, Ulpianum, qui tanto odio Chriſtianos proſequutus eſt, Chriſtiani ſcriptoris auctoritate opinionem ſuam confirmare voluiſſe. Deinde D. Hieronymus *in Catal. auct. Eccleſiaſt.* Tertulliani Chriſtiani ſcripta commemorans, nullum de *libris Quæſtionum*, neque *de Caſtrenſi peculio* ſermonem habuit: quos tamen Juriſconſultum noſtrum ſcripſiſſe certum eſt. Denique Chriſtianum ſub Septimio Severo floruiſſe ſatis apparet ex Caſſiodori Chronico, ubi 16. anno imperii Severi Pompeiano & Avito coſſ. ſic ſcriptum eſt: *His coſſ. Tertullianus Afer Chriſtianorum ſcriptor celeberrimus habetur*, & *ex libro* 1. *contra Marcionem*, qui quidem eum 15.

anno imperii Septimii librum illum ſcripſiſſe nos docet, & ſub Claudio Apologeticum. Originem enim & progreſſum religionis Chriſtianæ ad ſua tempora deſcribens omnes Imperatores à Tiberio, cujus tempore nomen Chriſtianum in ſeculum introivit, ad Verum uſque recenſet: quamobrem ſi Tertullianus noſter, Chriſtianus auctor ſit, eum ſub Vero *libros quæſtionum*, & *de Caſtrenſi peculio* compoſuiſſe dicendum eſt: ſcilicet antequam Chriſto nomen daret: quod & ipſimet verum aſſerunt. Tertullianum autem noſtrum Pomponii Juriſconſulti mentionem facere ſupra diximus in *l. cum quidam.* 30. *§. ſuum heredem.* 6. *D. de acquir. hered.* qui inter Papiniani diſcipulos numeratur à Lampridio in Alexandri Severi vita. Quo igitur pacto fieri poteſt, Tertullianum noſtrum ſub Vero juris civilis ſcientiam profeſſum fuiſſe, & Papiniani diſcipuli auctoritate ſententiam ſuam confirmaſſe? Papinianus enim ſub Caracalla XXXVI. ætatis anno interfectus fuit: atque ita ex ſerie temporum conſtat, Papinianum extremis Veri temporibus X. aut XII. annum tantum attigiſſe: qua quidem ætate eum juris ſcientiam publice profeſſum, diſcipuloſque habuiſſe, nemo eſt, qui dicere audeat. Exiſtimarem quidem libentiſſime, Chriſtianum cum noſtro Juriſconſulto affinitate conjunctum fuiſſe, ejuſque mentionem illum facere in *lib. de præſcript. adverſus*

hæret.

ſeret. cum ait, *Meus quidem propinquus ex eo-rum poëta, inter cætera ſtyli otia Pinacem Cebetis explicuit.* quamvis Renatus Laurentius, quis ille fuerit, invenire ſe non potuiſſe aſſerat in *commentar.* Propinquum enim illum Tertulliani nomen habuiſſe ex eo conjicere poſſumus, quod alio nomine eum non deſignaverit: ſatiſque notum putaverit hac appellatione: nec enim ſi aliud nomen habuiſſet, illud omiſiſſet. Præterea auctorem illum ex his verbis *inter cætera ſtyli otia* graviores artes & ſcientias, juriſprudentiam ſcilicet, profeſſum fuiſſe manifeſto apparet. Deinde juniorem Tertulliano Chriſtiano, ex ipſis verbis colligimus: quod maxime ad Tertullianum Juriſconſultum referri poteſt: cujus in indice hi libri reperiuntur.

QUÆSTIONUM LIBR. TRES.

Citatur Tertullianus *lib.* 4. *quæſtionum* in *dicto* §. *ſuum heredem*: nec male ut puto; in indice enim Græco legitur,

QUÆSTIONUM Β'ΙΒΛΙΑ ʺΟΚΤΩ.

DE CASTRENSI PECULIO LIB. UNUS.

PAPIRIUS JUSTUS.

PApirii Juſti memorantur tantum

CONSTITUTIONUM LIBRI XX.

in indice Juſtinianeo, in quibus Antonini, & Veri Imperatorum fratrum conſtitutiones putaverim

verim eum compilaſſe. Hujus rei conjecturam capio ex *l. Imperatores. D. de ſervit. ruſticorum præd. l. Imperatores D. de ſervitut. urban. præd. l. Imperatores. D. de rebus auctoritate judicum poſſid. l. Imperatores 71. D. de contrah. empt. l. Imperatores. D. de curat. bon. dando. l. Imperatores. D. de appellat. l. Imperatores. D. de pact. l. Imperatores. D. de re jud. l. Imperatores. D. de Decurion. l. Imperatores. D. de adminiſtr. rerum ad civit. pertin. l. Imperatores. D. de pollicit.* & ex *l. imperatores D. ad leg. Jul. de annona.*

JULIUS PAULUS.

PAtavinum fuiſſe Julium Paulum Bartachinus ſcribit, teſtimonioque eſſe ſtatuam ſupra oſtium ædium magiſtratus Patavini poſitam. Credidi eum Tyrium fuiſſe; ideoque ab Ulpiano & Mammæa Alexandri uxore tantopere dilectum, ut ſempet ſocius Ulpiani fuerit: quem quidem cum Mammæa Tyrium fuiſſe ſupra dixi, aut ex Tyriorum colonia. Hocque confirmatur, quod in ſyntaxi Latinarum vocum, aliorum conſilio uſus ſit: *Nomen*, inquit, *penus mihi traditum eſt, omnibus generibus dici* in *l. nam quod. §. 3. D. de penu legata*; & proprietatem verborum Latinorum ignoraverit in *l. xvii. D. de except.* cum *ſervitutes*, *corpora* appellat: veriſimileque non eſt, Latinum hominem & do-

ctum, dictionum Latinarum vim non cal-
iſſe. Juvat conjecturam noſtram, quod Græ-
s artes in explananda juris civilis ſcientia at-
lerit in *l. 9. D. de ſupellect. leg.* & quod in *l. xii.*
D. de ſtatu hom. Hippocratis auctoritate ſenten-
am confirmarit ſuam, & dictiones Latinas per
erba Græca explicuerit in *l. 7. §. hæc vox. D.*
e edendo. Quæ res fortaſſe impulit Hotoman-
um in verbo *abalienare*, ut Paulum, hominem
ræcum exiſtimaverit: cujus tamen rei nullum
gumentum affert. Addi poteſt & illud, quod
uidas ſcribit, Paulum Tyrium quendam, ora-
rem Hadriani temporibus fuiſſe, qui cum le-
ationem Romæ egiſſet ſub Hadriano, metro-
olim Tyrum effecit: eumque patrem noſtri
auli fuiſſe augurarer: & fortaſſe, uxore ejus
ea legatione Patavii enixa, Patavini ſuum
ſe Paulum Juriſconſultum ideo contenderunt.
Inde recte apud Cujacium *lib. 21. cap. 26.*
Obſervat. nonnulla Pauli *in l. 25. D. de probat.*
c lib. 3. deſumpta obſervantur, quæ Græcum
ominem ſapiunt: ut, cum prudentem & atten-
um patremfamilias, vocat *ſtudioſum*, cum
autionem *confeſſionem* vocat, ut Græci ὁμολογίαν.
Male autem cum non Pauli, ſed Triboniani
rguit, quod Græcum hominem ſapiant. Nam
verbo *confeſſionis*, pro cautione uſus eſt etiam
Marcellus in *l. 20. D. de donation.* Nec eo
omine Cujacii ſententia confirmatur, quod
hæc

hæc verba legantur : *Et vir ſimplicitate ga-dens, aut deſidiæ deditus* : quibus manifeſ[t] deſcriptam eſſe conditionem monachi trad[.] hæc enim verba ad monachorum referri ſtatu[m] non debent : ſed ad Chriſtianos, quibus max[i]me infenſus Paulus fuit, quos *deſidiæ dedit[os]* appellat ille, injurioſo nomine : quia Chriſtia[ni] plerique, etiamſub imperio Septimii Sever[i] ſub quo Paulum hos quæſtionum libros ſcr[i]pſiſſe certum eſt, reipubl. omnia munia, ta[n]quam rem Chriſtiano homine indignam r[e]ſpuebant. Hujus rei locupletiſſimus auctor e[ſt] Tertullianus, qui ſub Severo ſcripſit, *in Apol[o]get. cap. 45. Ecce Pythagoras apud Thurios Zenon apud Priennenſes tyrannidem affectant Chriſtiani vero nec ædilitatem*, & apertius in *l[i]bro de idololatria. Hinc proxime diſputatio obort[a] eſt, an ſervus Dei alicujus dignitatis, aut pot[e]ſtatis adminiſtrationem capiat.* quamobre[m] Paulus Chriſtianos, quos magnopere oderat *deſidiæ deditos* appellat : ſicuti Imperator Va[-]lens, qui monachos ut Arrianus oderat, *ignavi[æ] ſectatores* appellat in *l. quidam 26. C. de Decu[-]rion.* Non ergo hæc verba *l. 25. D. de probat.* d[e] monachis intelligenda ſunt, ut Triboniam[o] tribuantur : cum nihil, quin Pauli ſint, prohi[-]bere poſſit : ut ſatis aperte, ni fallor, decla[-]ravimus. Magna vero eum juris civilis ſcienti[a] præditum, cum ipſius ſcripta, tum de eo au[-]ctorun

orum & Imperatorum ampliſſima teſtimo-
a fidem faciunt: eum enim Lampridius in
lexandro Severo juriſperitiſſimum appellat:
ſtinianus in *l. & ſi contra. C. de nupt.* virum
rudentiſſimum, imitatus Diocletianum &
laximianum in *l. xi. C. ad leg. Cornel. de falſ.*
Modeſtinus *lib. ſingulari* de *excuſat. tut.*
ςυφαῖον: quod vocabulum, Principem ſignificare
iceronis verba declarant *lib.* 1. *de natura Deo-
um.* Ejus autem univerſæ leges ita obſcuræ,
mbiguæ, verborumque tenebris involutæ ſunt,
t id quod de Chryſippo Cicero *de divinatione*
ripſit, de Paulo dicere veriſſime poſſimus,
um totum hoc volumen impleviſſe oraculis
exiloquis, & obſcuris, ut interpres egeat inter-
rete, & ſors ipſa referenda ſit ad ſortes. Cæte-
um Septimii Severi Imperatoris cum Trypho-
ino, Meſſio, & Papiniano in conſilio fuit: à
uo ſæpe diſſenſit, ut apparet *ex l. fin. de jure
ſci.* & *ex l. 97. D. de acquir. hered.* & Antonini
aracallæ Septimii filii, à quo etiam diſſenſit,
t conſtat ex *l. Æmilius* 38. *D. de minor. xxv.
nn.* verbum enim illud *pronunciavit* ad Impe-
atorem referendum eſt; leges ſiquidem illæ
leſumptæ ſunt ex libris Pauli *decretorum*, ſive
*mperialium ſententiarum in cognitionibus pro-
atarum*: ubi ſæpe Paulus improbat decreta
Principum. Removit autem eum ab aula He-
iogabalus, hac ratione fortaſſe motus, quod
de-

decreta ejus non probaret: revocavit tamen eum Alexander Imperator, ejuſque conſilio uſus eſt, auctore Lampridio; cum enim Alexander in animo haberet, omnibus officiis genus veſtium proprium dare; & ne ſervi ingenuis ſimul miſcerentur, hoc Paulo diſplicuit, politica illa & prudenti ratione, quam ſupra in Ulpiano retulimus. Itaque quod ex Lampridio diximus, Alexandrum, quod Ulpiani conſilii uſus ſit, ex bono Imperatore meliorem factum; addere poſſumus Paulum noſtrum hac in laudis parte, ex Sexto Aurelio Victore *lib. de Cæſaribus*, qui ſic ſcribit: *Adhuc Domitium Ulpianum, quem Heliogabalus Prætorianis præfecerat, eodem honore retinens: Pauloque inter exordia patriæ reddito, juris auctoribus, quantus erga optimos atque æqui ſtudia eſſet, edocuit.* Aſſeſſorem autem ſe fuiſſe Papiniani ſcribit ipſe in *l. lecta.* §. *dicebam D. de reb. cred.* cum Ulpiano: unus quidem ad memoriam: alter ad libellos. Poſtea vero Præfecti facti ſunt Severi decreto obſervato: qui Aſſeſſores provincias, quibus aſſediſſent, adminiſtrare juſſit, ut teſtatur Ælius Spartianus *in Peſcennio Nigro.* An tamen Heliogabalus Præfectum fecerit Paulum, an Alexander: dubitatum eſſe ſcribit Lampridius in Alexandro. Filium autem Paulus habuit, ad quem libros

Receptarum sententiarum

ſcri

ſcripſit. Eum vero nomini Chriſtiano maxime infenſum is non dubitabit, qui Ulpiani coævum ſociumque fuiſſe ſciverit. quapropter ea quæ *libro 5. ſententiarum tit.* 21. traduntur, adverſus Chriſtianam religionem ab eo ſcripta conjicere poſſumus: *Qui novas*, inquit, *& uſu vel ratione incognitas religiones inducunt, ex quibus animi hominum moveantur: honeſtiores deportentur, humiliores capite puniantur.* Cæterum meminit Gellius *Julii Pauli poëtæ lib. 5. noct. Attic. cap.* 4. & *lib.* 19. *cap.* 7. ſed alius eſt ab hoc noſtro Juriſconſulto, cujus libri, qui in indice Juſtinianeo reperiuntur, hi ſunt:

AD EDICTUM LIB. OCTOGINTA.

Prætoris ſcilicet. *Libro* I. tractavit de *juriſdictione, & officio magiſtratuum*: quod & notavit Cujacius *lib.* 24. *cap.* 6. *obſervat.*

QUÆSTIONUM LIB. XXXIII.

Juſtinianus in *l. cum in antiquioribus* 19. *C. de jure deliber.* ſcribit ſe in his quæſtionum libris, regulam hanc ad jus deliberandi pertinentem inveniſſe: *Filiosfamilias paternam hereditatem tranſmittere*, & alia quædam adjecta, quæ in ejuſmodi perſonis præcipua eſſent. Libro I. exiſtit quæſtio illa *de cautione* agitata in auditorio Papiniani Præf. præt. inter eum, & Ulpianum, quem tamen cum reprehendit non no-

minat: ſed utitur eo verbo: *Quidam dicebat*; & LIBRO. XXXII. *ad Edictum in l.* 3. *D. mand.* Sabini & Caſſii ſententiam improbans, ſcribit: *Quidam negaverunt*; ſtylo Juriſconſultis non exotico: ſic Julianus in *l.* 21. *D. de reb. cred.* de Proculeianis ait: *quidam exiſtimaverunt*; & Scævola in *l.* 14. *D. de jure cod. quidam referunt.* & Calliſtratus in *l.* 82. *D. de cond. & demonſt. quidam hoc ajunt &c.* quo loquendi genere uſus eſt Ariſtoteles in Platone reprehendendo, & Seneca in Ariſtotele, verbo *aliquis lib iii. de ira cap. iii.* ſicut in Euangelio, quorum dicta vel facta damnantur, nomina ſupprimuntur: ſed utitur Scriptura ſacra verbo *Quidam* vel alio ſimili. Cæterum Paulus non ſolum in Ulpiani ſententia damnanda hoc verbo utitur ſed etiam cum eam probat, & laudat, ut in *l.* 8 *uſuſf. quemadm. cav.* his verbis *Quidam*, hoc de Ulpiano, *& Martianus heredi*, &c. quod ab eo factum ideo credo, aut ut in coætaneo & ſocio citando, omnem vel maligni animi vel adulatorii notam vitaret: vel forte Græcorum more, ut & ipſum Græcum diximus, qui de his quos maxime colebant verba facientes, verbo αὐτὸς vel alio utebantur: ut apud *Theophraſtum in Charact. c.* 3. καὶ τοὺς ἀπαιτοῦντας ἐπιστῆναι μικρὸν κελεῦσαι ἕως ἂν αὐτὸς παρέλθῃ, & *apud Ariſtophanem in nebul. Act.* 1. *Sc.* 11. verſ. *antep.*

Στ. φέρε τίς γὰρ οὗτος οὑπὶ τῆς κρεμάθρας ἀνήρ

Μα. αὐτός. Στ. τίς αὐτὸς Μ. Σώκράτης.
& ibi Scholiaſtes. Inde illud Pythagoreorum αὐτὸς ἔφα. Refertur autem quæſtio à Nymphidio propoſita Paulo Juriſc. in *l.* 81. *D. de condit. & demonſtr.* quæ ex *lib.* 21. *quæſt.* deſumpta eſt. Juſtinianus etiam refert ſententiam, quam Paulum in ſuis quæſtionibus ſcripſiſſe tradit: *Infantem non poſſe ingratum à matre ſua vocari, niſi hoc fecerit odio mariti ſui, ex quo infans progenitus eſt:* quam tamen iniquam judicavit.

RESPONSORUM. LIB. XXIII.

Horum librorum meminit Juſtinianus in *præfatione digeſtorum §.* 1. *verſ.* 3₀. *autem anno.* Ex quibus in veterum ſcholis, vix decem & octo recitabantur. Extat unum ex reſponſis Pauli in *l. etſi* 6. *C. de nupt.* Ex his etiam libris *legem* 22. *D. ad leg. Falcid.* deſumptam exiſtimo.

FIDEICOMMISSORUM. LIB. III.

Meminit LIBRI III. Juſtinianus in *l.* 1. *C. de communi ſervo manumiſſo*, in quo mentio facta erat cujuſdam *conſtitutionis* Severi & Antonini; qua *cogebatur ſocius vendere partem ſocio ſervi communis, quatenus libertas ſervo imponeretur: quanquam ex bonis ſocii morientis nihil conſequeretur, precio conſtituto arbitrio Prætoris.* Atque hoc III. LIBRO. Paulum de fideicommiſſariis libertatibus tra-

ctaſſe opinor, & Senatuſconſultum Rubrianum interpretatum fuiſſe ex *l.* 33. *D. de fideicom. libert.* ideoque *legem* 5. *ejuſdem tituli* mendoſam eſſe puto: *Senatus Hadriani temporibus cenſuit*, legendumque, *Senatus Trajani temporibus:* hæc enim verba de Senatuſc. Rubriano intelligenda ſunt, quod Trajani temporibus Rubrio Gallo, & Cælio Hiſpone Coſſ. factum eſt *l.* 26. *§.* 7. *D. de fideic. libert.* qui quidem Coſſ. ſuffecti fuere: quorum etiam meminit Plinius.

BREVIS. EDICTI. LIB. XXIII.

Libro octavo. quæ ad Tutelarum materiam pertinebant, tractavit. Vocantur autem hi libri aliquando *Brevium*. Quamobrem conjicio *brevia Edicta* hic collegiſſe Paulum, id eſt, quæ è re nata, & ut negotia naſcebantur Prætores proponebant: qualia erant *Edicta evocatoria*, quorum fit mentio ab Ulpiano in *l. impuberibus* 7. *§. ult. D. de ſuſpect. tut.* & *l. nonnunq.* 72. *D. de judic.* Imperatorum etiam *breves conſtitutiones Brevia* vocabantur, Zonaras in *concil. Carthag.* βρέβιον ἡ ἐπιτομὴ λέγεται, καὶ σύντομος γραφή: unde in *Nov. cv. de Conſulibus, cap.* 2. βρεβιάτορες *brevium proſcriptores Imperatoriorum.* Sic poſtea ſummi Pontifices *Breve* appellarunt apoſtolicum diploma, ceu reſcriptum in parvis negotiis conceſſum. quod nomen eos ab hac veteri *Edictorum brevium* denominatione deſumpſiſſe puto. Alio ta-

tamen modo ſumitur *Brevis* in *l.* 1. *de excuſat. artif. lib. x. Cod.* ſcilicet pro notitia & quaſi indice ; & pro rationibus privatorum in *Synopſi Baſil. lib. 7. tit.* 18. *cap.* 14. τὰ τοῦ ἀντιδίκου σοῦ βρέβια. ut in *l. ult. C. de conven. fiſci deb.* pro chartula debitorum. Ne igitur exiſtimes hos libros ad *Edictum perpetuum* à Juliano compoſitum, referendos eſſe : licet Juſtinianus in *orat. ad Senatum.* §. *ſi vero*, illud *brevem libellum* appellet.

Ad Plautium lib. decem et octo.
aliàs ; *Quæſtionum ad Plautium.*

Ad Sabinum lib. sexdecim.

Ad leges lib. decem.
aliàs; *ad leges Juliam & Papiam.*

Regularum. lib. septem.

Sententiarum. sive. factorum. lib. sex.

Sententiarum. receptarum. lib. quinque.

Ad. Vitellium. Sabinum. lib. quatuor.

Ad. Neratium. lib. quatuor.

Fidei. commissorum. lib. tres.

Decretorum. lib. tres.

Decreta hujuſmodi & imperiales ſententiæ in cognitionibus prolatæ, pro eadem re ſunt accipienda : quanquam enim Juſtinianus in quibuſdam legum inſcriptionibus tantum meminerit *Decretorum*, ut in lege *Æmilius* 38. *D. de mi-*

minor. in *l. fin. D. quod cum eo.* in *l. quædam* 41. *D. famil. erciſc.* in aliis autem, *Imperialium ſententiarum in cognitionibus prolatarum* tantum, ut in *l. cum quærebatur* 240. *de verb. ſignif.* in aliis tamen inſcriptionibus utrumque conjunxit, ut in *l. fin. D. ad Sen. Trebell.* in *l. fin. D. de hered. inſtit.* Ex quibus conſtat Paulum, in ſex libros totam hujuſmodi tractationem concluſiſſe. ſed in indice Juſtinianeo trium dumtaxat librorum mentio facta eſt, quod his ſolis Juſtinianus uſus ſit. Præter autem hos ſex libros, Paulus librum ſingularem

DE COGNITIONIBUS

edidit: ex quo decerpta eſt *l. municeps* 228. *D. de verborum ſignif.* & *l.* 101. *D. de regul. jur.* quem imperante Caracalla compoſuit. Leguntur etiam in indice,

DE. ADULTERIIS. LIB. III.
MANUALIUM. LIB. III.
INSTITUTIONUM. LIB. III.
DE. OFFICIO. PROCONSULIS. LIB. II.
AD. LEGEM. JULIAM. LIB. II.
AD. LEGEM. ÆLIAM. SENTIAM. LIB. III.
DE. JURE. FISCI. LIB. II.
AD. EDICTUM. ÆDILIUM. CURULIUM. LIB. II.
REGULARUM. LIB. VII.

Libri ſingulares.

REGULARUM. ITERUM.

RE-

REGULARUM. TERTIO.
DE. POENIS. MILITUM.
DE. POENIS. OMNIUM. LEGUM.
DE. USURIS.
DE. GRADIBUS. ET. ADFINIBUS.
DE. JURE. CODICILLORUM.
DE. EXCUSATIONIBUS. TUTELARUM.
AD. SENATUSCONSULTUM. TERTULLIANUM.

Juſtinianus *in l.lege xii.tabularum* 14. *C.de legit. hered.* refert, Julium Paulum in libri hujus principio docuiſſe, impiam fuiſſe differentiam poſt XII.tabulas introductam in ſucceſſione inter mares & fœminas, quantum ad adoptionis jus pertinebat. Ex his autem quæ ſupra diximus cum de Tertulliano ſcriberemus, ſatis liquet, non poſſe hoc Senatuſconſultum, ad conſulatum Tertulli, & Clementis referri: nam iſti Coſs. facti ſunt Septimio Severo imperante, ut ex Faſtis apparet.

AD. S. C. ORPHITIANUM.

quo liberi ad matrum inteſtatarum bona admittuntur, factum Orphito & Rufo Coſſ.

AD. REGULAM. CATONIANAM.
AD. SENATUSCONSULTUM. SYLLANIANUM. ET. CLAUDIANUM.
AD. SENATUSC. VELLEIANUM.
AD. S. C. LIBONIANUM.
DE. OFFICIO PRÆFECTI. URBI.

De. Officio. Prætoris. Tutelaris.

De. Officio. Assessorum.

Hunc librum ſcripſit, cum aſſeſſor Papiniani erat cum Ulpiano.

De. extraordinariis. criminibus.

Ad Hypothecariam. formulam.

Ad Municipalem.

De. publicis. Judiciis.

De. inofficioso. testamento.

De. Centumviralibus. Judiciis.

Apud Labittum, & Antonium Auguſtinum legitur *De ſeptemviralibus Judiciis*. Cauſas autem de quibus cognoſcebant Centumviri, enumerat Tullius *lib.* I *de Orat.* Quemadmodum autem ea, quæ Prætores decernebant, *edicta* dicebantur: ſic quæ Centumviri, *judicia*. Hæc autem *Centumviralia judicia*, longo tempore poſt oppreſſam rempub remanſiſſe conſtat ex *Quintiliani*, *Pliniique Secundi libris*, & viguiſſe etiam D. Hieronymi temporibus ex *Apologetico ejus* ad Domitionem intelligi poteſt, & magnitudinem auctoritatemque *Centumviralis judicii* Juſtinianus ipſe prædicat in *l. xii. C. de petit. hered.* Præcipuæ autem cauſæ, de quibus temporibus Juriſconſultorum Centumviri cognoſcebant, hæ erant: *de inofficioſo teſtamento*, & *de petitione hereditatis*. Unde Tribonianus titulo *De inofficioſo teſtamento*, ſubjecit titulum *De petitione hereditatis*, in Pandect a-

ectarum compilatione, & Scævola in *l.* 13. *D.*
e inoffic. teſtam. Centumvirale judicium, pro
uerela inofficioſi teſtamenti poſuit: & Paulus,
ro *petitione hereditatis* in *l. petitor.* 30. *D. de*
berat. leg Ideoque lectio Labitti, & Antonii
ugustini, licet ex Pandectis Florentinis decer-
ta, à me probari non poteſt: ſed liberè vul-
arem indicis ſcripturam ſequor. In quot au-
em conſilia & tribunalia dividerentur Cen-
umviri, & de forma judiciorum vide *Cujacium*
b. 10. *cap.* 20. *obſervat.*

DE. JURE. SINGULARI.

DE. SECUNDIS. TABULIS.

AD. ORATIONUM. D. SEVERI.

AD ORATIONEM D MARCI. ET. COMMODI.

AD. LEGEM. VELLEIAM.

AD. LEGEM. CINCIAM.

e donis & muneribus, de qua *Cicero lib.* 2. *de*
rat. Eam ideo latam Livius *lib* 34. *cap.* 4.
fert, quia vectigalis jam, & ſtipendiaria
ebs eſſe Senatui cœperat Corrupte itaque
gitur in inſcriptione *l* 29. *D. de leg. Paulus li-*
o ſingul: ad legem Cinniam pro *Cinciam.* Quan-
uam non ſim neſcius à Vellejo memoriæ pro-
itum, L. Cinnam legem agitaſſe: hæc autem
Cincio Trib. pleb. lata eſt, cujus inter cæteros
eminit Tacitus *lib. xiii. Annal. c.* 42. quæ ab eo-
em vocatur *Senatuſconſultum* eodem modo,
uo lex Ælia Sentia, de qua in §. *Eadem lege*

 qui

qui & quib. ex cauſis. apud Juſtin. *Senatuſcon ſultum* dicitur ab Ulpiano in *lege* 1. *D. de Offic. Coſ.* his verbis: *Cum & ipſe ſit qui ex S. C conſilii cauſam examinat*, i. e. ex lege Æli Sentia: nihil enim hic immutandum cenſeo.

AD. LEGEM. FALCIDIAM.

DE. TACITO. FIDEICOMMISSO.

DE. PORTIONIBUS, QUÆ. LIBERIS. DAMNATO RUM. CONCEDUNTUR.

DE. JURIS. ET. FACTI. IGNORANTIA.

DE. ADULTERIIS.

DE. INSTRUCTO. ET. INSTRUMENTO. ΜΟΝΟ ΒΙΒΛΟΝ.

aliter

DE INSTRUMENTI. SIGNIFICATIONE,

ex inſcriptione legis *Servis* 99. *D. de legat.* 3. & *l. Rhedæ* 4. *D. de ſuppell. legat.* Differt autem inſtructum, ab inſtrumento in *l. quæſitum* 12. § *ſed ſi fundus* 27. *de inſtructo & inſtr.*

DE. APPELLATIONIBUS.

DE. JURE. LIBELLORUM.

DE. TESTAMENTIS.

DE. JURE. PATRONATUS.

DE. JURE. PATRONATUS. QUOD. EX. LEGE. JULIA. ET. PAPIA. VENIT.

DE. ACTIONIBUS.

DE. INTERCESSIONIBUS. FOEMINARUM.

Quemadmodum Paulus *de Centumviralibus judiciis*, & poſtea ſeparatim *de inofficioſo teſtamento*

nto ſcripſit, ſic etiam *de Senatuſconſulto Velno* Pauli librum ſupra recenſuimus: nunc *de rceſſionibus fœminarum* libellum ejus promus. qui quidem idem ferè cum libro de atuſc. Velleiano eſt; Velleianum enim S. C. *intercesſionibus* appellatur in *l.* 9 *&* 10. *C. Senatuſc. Vellei.* & à Martiano *in l. qui excenem* 40. *D. de condict. indeb.*

DE. DONATIONIBUS. INTER. VIRUM. ET. UXOREM.

DE. LEGIBUS.

DE. LEGITIMIS. HEREDITATIBUS.

DE. LIBERTATIBUS. DANDIS.

DE SENATUSCONSULTIS

ipſit Paulus alios libros, qui in indice Juianeo non continentur.

DE. ADSIGNATIONE. LIBERTORUM.

DE. OPERIBUS. LIBERTORUM.

DE. VARIIS. LECTIONIBUS.

m & ſignificationem verborum juris hoc in o explicat.

EPITOMEN. ALPHENI. DIGESTORUM.

am pluribus verbis proſequutus eſt. Ex ejus inque libris multæ leges deſcriptæ ſunt, *l. qui certum.* 15. *D. commu. præd. l. ſed ſi grandes D. de uſufr. l. lumen.* 16. *l. eum debere.* 33. *de ſervit. urban. præd. l. cum multi.* 9. *D. ſi s hered. pet. l. à quo* 58. *D. de rei vindic. l quicid.* 27. *D. de act. empti. l. ſervus* 36. *D. de dict. indeb.* & aliæ quædam. Scripſit etiam.

No-

NOTAS. AD. JULIANUM.

quod intelligitur ex *l. Si prætor* 75. *D. de jud. l. Prætor* 3. §. 1. *de collat. bon.* ex *l. Marcel* 15. *de donat. cauſa mort.* ex *l. ſi pater* 4. §. 2. *manum. vind.*

NOTAS. IN. LIBROS. QUÆSTIONUM. PAPINIANI.

ex *l.* 16. *D. de public. in rem actione*, ex *l.* 18. *de ſervitut.* ex *l.* 1. §. 1. *D. de offic. ejus cui man eſt juriſd.* quæ ex lib. primo quæſtionum Papiniani deſumpta eſt, ut ex inſcriptione apparet, in cujus legis fine ſic ſcriptum eſt: *Paulus notat. Imo imperium, &c.* notat, ſcilicet hunc librum primum. Hæc enim verba Papiniani non ſunt, ſed à Triboniano adjecta. Scripſit etiam

NOTAS. AD. LIBROS. RESPONSORUM. PAPINIANI.

ex inſcriptione *legis niſi priores* 16. *D. quæ in fraud. cred.*

LIBRUM. SINGUL. AD. SENATUSC. TURPILIANUM.

ex inſcriptione *legis fin. D. de ritu nupt.*

EPITOMEN. LIBRORUM. LABEONIS. ΠΙΘΑΝΩ͂Ν.

Ad quam epitomen referendam puto *l. ſi cu ædes.* 31. *D. de legat.* 3.

DE. ARTICULIS. LIBERALIS. CAUSÆ.

ex

inſcriptione *l. ſi in obſcuro.* 41. *D. de liberali* *ſa.*

LIBRUM. SINGULAREM. AD. LEG. FUSIAM. CANINIAM.

inſcriptione *leg. Poteſtatis.* 215. *D. de verb.* *ific.* & illum, quem paulo ante dixi,

LIBRUM. SINGULAREM. DE. COGNITIONIBUS.

ipſit etiam

LIBRUM. DE. CONCEPTIONE. FORMULARUM. &

LIBRUM. DE. DOTIS. REPETITIONE.

CLAUDIUS TRIPHONIUS.

Laudius Triphonius, ſive Triphoninus, Papiniani diſcipulus fuit, & cum Paulo, iano, aliiſque Juriſperitis, quorum fit meni Lampridio, Alexandro Severo Imperatori nſiliis fuit, eique maximè familiaris, ac ſo. Unde inſcriptonem legis 1. *C. de in jus* mendoſam colligo: *Imperator Alexander* *Trophinio,* ſcribendumque, *Triphonio.* Hoc gerente *in l. fin. de jure fiſci.* Paulus ſe reſpon- de quadam quæſtione ſcribit: & ipſe Triniinus, ſe in auditorio dixiſſe tradit, in ſtione quam tractat: ſolam illam dotalem partem fundi, quæ in dotem data eſt in 7. §. 4. *D. de jure dot.* Quod quidem auditorium

rium intelligendum eſt Papiniani, de quo mentio in *l. lecta. D. de reb. cred.* non Princip cujus meminit *l. minor.* 18. §. 1. *D. de min. xxv. ann.* Colligi etiam poteſt ſub Antoni eum Syriæ præfuiſſe *ex l.* 1. *C de Judæ.* C enim Triphoninus Antoninum Imperator conſuluiſſet, an legatum factum à Corne Salvia, univerſitati Judæorum, qui in Ant chenſium civitate conſtituti erant, quæ Sy caput erat auctore Tacito *L.* 2. *hiſt c.* 74. vale reſcribit ei Antoninus legatum illud peti r poſſe. Eum etiam ab Impp. Severo & An nino cognitum fuiſſe teſtatur *l.* 5. *C. de neg geſt.* quos ipſe optimos apellat in *l.* 39 *D pœn.* Qua ex lege eum Ciceronianæ lectio non incurioſum fuiſſe colligi poteſt. Pro leianæ autem fuit ſectæ, quod apertè demo ſtrat *l.* 29. *D. Rerum amot.* Hic autem Ti phoninus Claudii tantum nomine in pleriſ Pandectarum locis nominatur in *l. Lucius Titia* 6. §. *Idem quæſiit.* 9. *in l. heredibus* § *fin. in l. matrem* 80. *D. ad S. C. Trebel. l. cum venderet D. de ſerv. export. in l. Luc* 88. §. *Damæ* 12. *D. de legat.* 2. *in l. cum q decedens* 37. §. *nuptura* 4 *l. pater filium.* 38 *quindecim* 5. *l. uxorem* 41. §. *Scævola* 13. *de legat.* 3. *l. Claudius* 17. *D. de fideic. libe* Quam, quod corrupte ea legeretur, prim emendare tentavit Alciatus *lib.* 2. *diſpunct. c*

xi.

iii. Tum poſtea Antonius Auguſtinus *lib.* 1. *ap.* 4. *Emendationum.* Scripſit autem

DISPUTATIONUM. LIBROS. XXI.

Quibus in libris maximè de dotibus, aut quæ d eas ſpectabant, tractabatur. Scripſit etiam

NOTAS. AD. SCÆVOLÆ. LIBROS.

uem *ſuum* appellat, ut indicant inſcriptiones egum ſupra nominatarum, & maximè ad libros Digeſtorum, ut colligitur ex *l. qui negotiaionem* 58. *D. de adminiſtr. & peric. tut.*

CALLISTRATUS.

CAlliſtratum Juriſperitum Lampridius quoque numerat inter illos præclaros viros, uos Alexandro Severo à conſiliis fuiſſe diximus, quamvis hac de re à quibuſdam notatus uerit, & malè: quid enim impedit quò minus Alexandro aſſidere potuerit, cum ſub Septimio Severo, & Antonino filio eum floruiſſe conſtet: quod his imperantibus LIBROS COGNITIONUM ſcripſerit, ut apparet ex *l.* 3. *D. de offic. procurat. Cæſ.* quæ ex *libro* 6. deſumpta eſt. *Idque Imperaores noſtri Severus & Antoninus ad libellum Hermiæ reſcripſerunt:* hoc enim verbo uti Juriſconſultos, cum de Imperatore regnante loquuntur, ſupra diximus. Sic & Julianus in *l.* 8. *D. de offic. præſ. Sæpe audivi Cæſarem noſtrum dicen-*

dicentem, & Plinius *lib. 6. epiſt. 31. Evocatus* [in]
conſilium à Cæſare noſtro. Apparet etiam ſu[b]
primis Imperatoribus non vixiſſe Calliſtratu[m]
ex *lib.* 2 quem compoſuit ad *Edictum monit.*
1. *D. de interrogat.* quo loci ſua ætate interr[o]
gatorias actiones, jam in deſuetudinem abiiſſ[e]
teſtatur: quas ſub Juliano & Papiniano in u[ſu]
fuiſſe adhuc certum eſt. Solus autem Calliſtr[a]
tus putavit deportatum, jugum ſervitutis ſub[i]
re: hac in re à reliquorum Juriſconſultoru[m]
ſententia diſcrepans. Quod quidem Cujaci[us]
lib. iii. cap. x. obſervat. notat, Græcos int[er]
ἐναντιοφανῆ poſuiſſe. Cæterùm plures Calliſtr[a]
tos apud auctores invenio; Fuit Calliſtratus qu[i]
dam Platonis auditor, de quo *Gellius lib. i*[x]
cap. xiii. noct. Attic. ſcribit; Fuit & alius Call[i]
ſtratus, ad quem Martialis ſcripſit quædam ep[i]
grammata, qui temporibus Trajani vixit, à qu[o]
forte Calliſtratus noſter originem ſumpſi[t].
Scripſit autem

De. cognitionibus. lib. sex.

Diſſimili argumento fuere hi libri, à libris *D*[*e*]
cretorum Pauli. His enim continentur cauſ[æ]
quarum cognitio à Principibus, litteris vel r[e]
ſcriptis, magiſtratibus ſpecialiter eſt dema[n]
data, ut ex legum capitibus quæ ex his deſum[]
pta ſunt, colligi facillime poteſt.

Edicti. Monitorii. lib. sex.

alias *ad Edictum monitorium* auctore Labitto. I
Gra

Græco indice *Edicton monitorion.* Erant, ni fallor, *Edicta monitoria* ſimilia his, de quibus in *l.* 2. *§. eodem tempore* 10. *D. de orig. jur.* ſic dicta quod his monebantur cives, quod jus de quaque re magiſtratus dicturus eſſet: unde Edicto admonere in *l. Divi fratres* 39. *de relig. & ſumpt. funerum:* Ad hoc alluſit Seneca, cum *fulmina monitoria* dixit *lib.* 2. *Natur. quæſt.*

De. jure. fisci. lib. quatuor.

In inſcriptione *l.* 1. *D. de bon. damnat.* Florentiæ ſcriptum eſſe, *De jure fiſci & populi.* Tradit Antonius Auguſtinus *lib.* 1. *cap.* 4. *Emendat.* & apud Paulum *lib.* 5. *ſentent. tit.* 11. inſcriptio ſic eſt poſita, *De jure fiſci & populi.* Non tamen hæc conjunguntur, ut fiſcus & populus idem ſint: licet fiſcus, ab Æſchine τὸ δημόσιον appelletur; res enim fiſcales, propriæ & privatæ Principis ſunt. *l.* 2. *§. hoc interdictum.* 4. *D. ne quid in loco publ.* quam ob rem libenter exiſtimarem, quod *jus populi* hic appellatur, id eſſe, quod *jus ærarii* alibi dicitur; ſic enim *ærarium* & *fiſcus* differunt, ut ex his duabus familiis, quæ ad ductus aquæ parabantur intelligimus: quarum altera publica, id eſt, populi: altera Cæſaris vocabatur. *Commoda publicæ familiæ*, inquit Julius Frontinus *lib.* 2. *de aquæ ductibus, ex ærario dantur: Cæſaris vero familia ex fiſco accipit commoda.* & ex

Plinio in *Paneg. ad Trajan. cap.* 36. *At fortaſ*
non eadem ſeveritate fiſcum, qua ærarium coh
bes? Imo tanto majore, quanto plus tibi licere
tuo, quam de publico credis. Unde Spartianus i
Hadriano cap. 7. *fiſcum privatum*, & *ærariu*
publicum dicit. Male igitur Harmenopul
lib. 1. *Epit.* bona populi Romani, publica
& fiſcalia propriè dici exiſtimat, his verbi
ταῦτα δὲ τὰ ἀφωρισθέντα τῷ Ρωμαϊκῷ πάντι δήμῳ ἐλέγο
κυρίως καὶ κατὰ ἀκρίβειαν φισκάλια, ἤτοι δημόσια; er
enim vir tantum pragmaticus, hiſtoriæ,
politioris doctrinæ ignarus. Hoc tamen *pop*
verbum hoc in loco de imperio explicandu
eſt; populi enim poteſtas, tunc temporis
Principem lege Regia omnis tranſlata erat. S
cum Suetonius Tranquillus *in Tiberio*, *cap.* 4
Vononem Regem Parthorum, in fidem *pop*
Romani, Antiochiam receptum dicit: *impe*
Romani explicandum eſt. & apud Capitolinu
in Maximinis cap. ult. in hac acclamatione: *H*
ſtes populi Romani Dii perſequuntor, id eſt, *im*
rii Romani. Cæterum Lampridius *cap.* 16. ſc
bit, Alexandrum Severum leges *de jure fiſ*
& populi, moderatas, & infinitas ſanxiſſe, q
propter libenter exiſtimarem, eo imperar
Calliſtratum hos quatuor libros compoſuiſ
veriſimile enim eſt, Calliſtratum de his,
quibus Imperator ſtatuerat, ſcribere voluit
quod & confirmat *l.* 2. *§.* 6. *D. de jure fiſci*; in

cn

conſtitutionem Severi refert: *Imperator*, inquit, *noſter Severus Auguſtus conſtituit*; quæ verba de Alexandro intelligi debere, locus Lampridii ſatis indicat.

ARRIUS MENANDER.

HUjus Menandri meminit Macer in *l.* 1. *de veteranorum & militum ſucceſſione*; & in *l. quædam delicta* 14. *de pœn.* ubi Menandrum ſcripſiſſe refert, credo in libris *de re militari*, militem qui artem ludicram fecerit, vel in ſervitutem ſe venire paſſus ſit, capite puniendum. De hoc Menandro intellexit Ulpianus *in l. verum. xi. §. ex facto* 2. *D. de minor.* Ex quo conſiliarium principis Alexandri Severi eum fuiſſe colligimus, & à tutelæ onere hac ratione excuſatum, licet Lampridius ejus nullam mentionem faciat; verba enim Ulpiani hoc ſatis clare demonſtrant: *Suſceptam*, inquit, *tutelam non alii ſolent deponere, quam qui trans mare Reipub. cauſa abſunt, vel hi, qui circa Principem ſunt occupati, ut in conſiliarii Menandri Arrii perſona eſt indultum.* Alius autem eſt hic Menander ab eo, cujus fit mentio in *l. poſtliminii* 5. *§. captivus.* 3. *D. de capt. & poſtlim. reverſ.* Idque conſtat ex M. Tullii orat. *pro Corn. Balbo cap.* 11. *Nec ſine cauſa*, inquit, *de Cn. Publicio Menandro libertino homine, quem apud majores legati noſtri in*

Græciam proficiſcentes interpretem ſecum haber voluerunt, ad populum latum eſt ut is Publiciu ſi domum revertiſſet, & inde Romam rediiſſet ne minus civis eſſet : quod ego non adnotaſſem niſi Stephanus Forcatulus, vir quidem doctus contra ſenſiſſet. Sed hoc more inſtitutoqu meo dictum ſit, qui animum ad ſcribendun appuli, non alios reprehendendi ambitione, ſec veri inveſtigandi ratione. Compoſuit autem

DE. RE. MILITARI. LIB. QUATUOR.

ÆLIUS MARTIANUS.

MArtianum eum eſſe putat Angelus Poli tianus *lib. 5. epiſtol.* quem Princeps Ju lianus juſſit occidi. Sub Antonino quidem noı parvæ auctoritatis fuit, quem etiam conſuluiſſ de dominica poteſtate invenimus in *§. ſed ho tempore. 2. Tit. de his qui ſui vel alieni. in Inſtit* quem *Magnum* ipſe appellat *in l. 16. §. 11. D de publican.* ejuſque reſcriptum affert. Hun etiam Lampridius *cap.* 68. inter illos Juriſperito numerat, quorum Alexandrum Severum con ſilio uſum ſupra retulimus. Martianus quidem ſ in auditorio publico, Marcelli ſcripta probaſſ ſcribit in *l. 1 §. fin. D. ne de ſtatu defunct.* quod de auditorio Alexandri Principis intelligendum eſt: quapropter *leg. 4. C. ne de ſtatu defunct.* qua eſt Alexandri ad hunc Martianum reſcriptam eſſe

eſſe, non incongrue dicere poſſumus: etiam *legem un. de reis poſtul. lib.* 10. *Cod.* ad hunc Martianum ab Alexandro Imp. reſcriptam eſſe apparet ex *l.* 7. *D. de muner. & hono.* quæ ex Martiano *lib.* 2. *publicorum* deſumpta eſt. in qua Martianus eandem rem ſcriptis tradidit, quam ab Alexandro per reſcriptum acceperat in *d. l. un.* ubi obiter adnotabimus ex illarum duarum legum collatione, reum innocentiam ſuam purgaſſe non intelligi, niſi poſt ſententiam. Ex *dicta* autem *lege* 4. *C. ne de ſtatu defunct.* illud colligere licet, Martianum fratrem habuiſſe qui ſervum heredem manumiſſum ſcripſit. Ulpianum autem ſequutus eſt in *l. à decurionatu.* 5. *D. de vacat. & excuſat. munerum*: quemadmodum & illum Ulpianus reprehendentem Julianum, quod Julianus putaret, ex his conventionibus, quæ in nomen proprium contractus non tranſeunt, in factum actionem à prætore dandam; Martianus autem, civilem incerti, id eſt, præſcriptis verbis. Idem aliquando Papinianum & Paulum eximios Juriſconſultos opinionum diſſenſione diſcrepantes, adhibita diſtinctione conciliare tentavit, ut Juſtinianus refert in *l. cum in adoptivis* 10. *C. de adoption.* in ea quæſtione: *An liceat filio adoptivo qui præteritus à patre naturali fuerat, uti adverſus ejus teſtamentum querela inofficioſi teſtamenti.* Alius autem eſt Martianus noſter ab

eo, cujus mentio fit à Calliſtrato in *l.* 13. *D. de eo quod met. ca.* Libros autem indicis Juſtinianei, qui Martiano tribuuntur, hoſce habe lector.

INSTITUTIONUM LIB. XVI.

Ex his libris depromptum eſſe *§. pecoribus. l. legatis* 65. *de legat.* 3. oſtendit Juſtinianus *in §.* 1. *de lege Aquil. in inſt.* Homerique verſus duos ex *lib.* 13. *Odyſſ.* deſumptos, retuliſſe Martianum in his libris teſtatur. Virgilium etiam auctorem habet. *lib.* 3. ex quo deſumpta eſt *l.* 6. *D. de rerum diviſ.* quapropter *legem* 7. ſequentem ejuſdem Martiani eſſe puto: quamvis in vulgaribus codicibus, & apud Labittum tribuatur Ulpiano, ex *lib.* 25. *ad edict.* Verba enim Ulpiani, *lib.* 25. *ad edictum*, aliter quam hæc concepta ſunt, quæ referuntur, in *l.* 6. *D. de relig. & ſumpt. fun.* Nec enim veriſimile eſt Martianum, cenotaphium locum religioſum putaſſe, contra DD. fratrum conſtitutionem: quam virum juriſperitiſſimum ignoraſſe credendum non eſt: quamobrem hæc faciunt, ut hæc verba *magis placet*, corrupta ſine dubio exiſtimem: Juriſconſulti enim his dictionibus utuntur ad receptiorem ſententiam denotandam, ut in Pandectis paſſim colligere licet. Hæc autem non fuit receptior, cum DD. fratrum conſtitutione contra ſancitum ſit. Interpres Græcus hoc ſentiit; *lib.* enim 46. *capit.* 3. *Baſil.* pro *magis placet*, dicit *magis placuit*, ſcilicet *antiquis*;

Hæc

Hæc tamen locum omnino non ſanant; quid enim illud *magis* ſibi velit, non intelligo. Legendum itaque eſt *majoribus placet*; non enim difficilis eſt dictionis *majoribus* in aliam corruptela: majoribus autem placuiſſe cenotaphium locum religioſum eſſe, probat Virgilii teſtimonio. Librum autem Virgilii non citat Martianus, ſed *ex* 3. *Æneidos* deſumpſiſſe jum jam admonuit Budæus in Annot. in Pandectas:

Libabat cineri Andromache, maneſque vocabat,
Hectoreum ad tumulum, viridi quem ceſpite inanem,
Et geminas cauſam lachrymis ſacraverat aras.

Quod & non ignoravit Græcus interpres loco ſupra citato. Martianus autem hoc in loco Servii interpretationem ſequutus eſt, qui *tumulum inanem* Virgilii *cenotaphium* eſſe dicit. Cæterùm non uno tenore orationis hos *libros inſtitutionum* ſcripſit, ſed per capita eos diviſit: quod ſatis conſtat *ex l. qui liberos* 19. *D. de ritu nup.* ubi in inſcriptione ejus legis, caput *trigeſimum quintum libri xvi.* affertur, quod erat de lege Julia. *Liber quartus* ad res criminales ſpectabat. In his autem libris compendium totius juris concluſum eſſe exiſtimo; nam à legis definitione orſus videtur *ex l.* 2. *D. de legibus*. quæ ex initio *libri* 1. deſumpta eſt; ubi Demoſthenis & Chryſippi varias legis defini-

tiones affert: quo in loco obiter animadverten dum, hæc verba Demoſthenis legem definienti δόγμα δὲ φρονίμων ἀνθρώπων à Papiniano *lib.* 1. in *l.* 1 *eod. tit. definitionum* interpretari *Virorum prudentum conſultum.* Ex quibus liquido apparet in epiſtolis Hippocratis in illa Artaxerxis ad Pætum, mendum his verbis inhærere: οὐ φέρ γνώμην οὐκ ἔπι ἔχω μετ᾽ ἀνδρῶν ΓΟΝΙ´ΜΟΝ βουλεύσασθαι & ſic legendum: μετ᾽ ἀνδρῶν φρονίμων.

Regularum. lib. quinque.

De. appellationibus. lib. duos.

De. publicis. judiciis. lib. duos.

In inſcriptione *l. 7. D. de muner.* legitur Martianus *lib. 2. publicorum*: à D. Chryſoſtomo *tract. de cæco à nativ.* vocantur τὰ κοινὰ δικαστήρια in concilio Toletano *cap. iii.* & concilio Carthaginienſi *cap. 9. publica judicia* dicuntur, *juriſdictiones magiſtratus ſæcularis*, & opponuntur eccleſiaſticis cognitionibus *can. inolita. can. placuit. xi. quæſt.* 1. Libros ſingulares.

De. delatoribus.

quem ſcripſit ſub Alexandro *l. 15. D. ad S. C. Silani.*

Ad Senatusc. Turpillianum.

Ad. hypothecariam. formulam.

fuiſſe librum ſingularem conſtat ex inſcript *legis grege 13. D. de pignor.*

Edidit etiam Martianus præter eos libros qu in indice Juſtinianeo nominantur,

No

NOTAS: IN. ÆMILII. PAPINIANI. SCRIPTA.

auctore Juſtiniano *in* 1. *conſtit.* §. 6. *de veteri jure enucleando.* quæ tamen ante Juſtiniani tempora nullam vim obtinebant, propter honorem nomenque Papiniani. Eas tamen in Pandectis conficiendis componendiſque non omnino reſpuendas eſſe cenſuit.

LIBROS. etiam DIGESTORUM. quorum *ſeptimi* ipſe meminit. Collegiſſe etiam videtur in unum *Conſtitutiones Severi ex l.* 1. *C. de communi ſervo manumiſſo.* Eum denique ſcripſiſſe *notas in Julianum* conjicio ex *l. juriſgentium D. de pact.*

JULIUS AQUILA.

EUſebius *lib.* 6. *eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap.* 3. Aquilam quendam commemorat, qui tempore Severi Imperatoris Præſes Ægypti Alexandriæque fuit, quem *cap.* 5. tyrannicum judicem appellat; inhumanis enim cruciatibus ferreiſque tormentis Chriſtianos omnes afficiebat, & inter immaniora crudelitatis ſigna numeratur illud, quod Potamienam honeſtiſſimam fœminarum & martyrum crudelibus ſuppliciis laceravit. Neſcio tamen an ille noſter Juriſconſultus fuerit: quod quidem non admodum à veritate abſonum eſt; Julium enim Aqui-

lam poſt Trajani tempora vixiſſe colligitur ex ejus *lib. 1. reſponſorum*, in quo reſcriptum Hadriani Imperatoris ad Britaſium Pollionem Legatum Lugdunenſem recenſetur, *in l. ult. D. de ſuſpect. tut.* quod etiam à Modeſtino refertur, in *l. Spadonem* 15. *§. ult. de excuſ. tut. quæ eſt ex libro 6. de excuſ.* ubi corrupte *Britaſius Pollio*, in omnibus exemplaribus exaratum eſt, cum *Vitraſius* reponendum ſit, ut illud reſcriptum Hadriani ad Vitraſium Pollionem, qui Conſul bis fuit ſub DD. fratribus. primum cum Pudente 27. anno poſt mortem Hadriani, & ſecundum ſub Antonino Philoſopho cum Apro, auctore Lampridio *in Commod. cap. 2 & 12.* nullam enim *Britaſii* mentionem fieri apud auctores legi. Julius itaque Aquila poſt Vitraſii Pollionis tempora vixit; quamobrem illum non multum errare putarem, qui eum Conſulem fuiſſe anno urbis conditæ 953. ſive, ut Onuphrius vult, 951. exiſtimaverit: in Faſtis enim Gallus & Saturninus hoc anno Coſſ. numerantur. Julium autem Aquilam, Gallum vocari apparet ſatis ex indice Græco, ubi ſic ſcriptum eſt: Γάλλος Ἀκύλα, ideoque non malè Antonius Auguſtinus *lib. 1. cap. 4. emendat.* reprehendit Angelum Politianum quod *epiſtola ultima lib. xi.* pro Aquila Gallo, Aquilium Gallum eum appellatum ſcripſerit. Cæterum Tacitus *lib. xii. Annal. c. 15.* Julii Aquilæ equitis Romani meminit, quem alium

eſſe

ſſe ab hoc noſtro Juriſconſulto, ſeries temporis
emonſtrat. Sed fortè non incongruè hunc ab
lo Equite originem duxiſſe quis dixerit. Com-
oſuit autem Aquila tantum

Responsorum. lib. unum.

HERENNIUS MODESTINUS.

HErennium Modeſtinum Gordianus Impe-
rator in *l. ad exhibendum* 5. *C. ad exhib.*
ppellat, non contemnendæ auctoritatis Juriſ-
onſultum, quem Coſ. quidam cum Probo
umerant, ut auctor eſt Labittus ſub Alexandro
evero Imperatore anno urbis conditæ 981. Sed
um Modeſtum non Modeſtinum Conſulem il-
um nominari in Faſtis videam, & in antiquo
lo epigrammate, cujus apud Onuphrium men-
o eſt, à ſententia illa facilè diſſentio. Eum
uidem certum eſt Alexandri conſiliarium
iiſſe auctore Lampridio: quamobrem de
lexandro Severo interpretanda ſunt Mode-
ini verba in l. ἐὰν δυὸ §. ἀφίενται. *D. de excuſat.*
ut. καὶ τοῦτο ἐξ ἐπιστολῆς Σεβήρου βασιλέως δείκνυται, ne
uis de L. Septimio Severo eum loqui putet,
uod ſuperiora ejuſdem verba ad Septimium
eferantur, καὶ τοῦτο οὕτως νενομοθέτηται ὑπὸ τῶν θειοτάτων
ήρου καὶ Αντονίνου. *Libros* enim *excuſationum* ſub
evero Alexandro conſtat eum ſcripſiſſe, mor-
uis jam Severo & Antonino filio: quod θειω-
τάτων

τάτων verbum, manifeſtum reddit. Septimiu
tamen & Antoninus Modeſtino cuidam reſcr
bunt, Chilone & Libone Coſſ. Qui quidem
ſi noſter eſt, fratrem habuit, qui ſimul cum e
patri ſucceſſit. *l.* 1. *C. ſi certum pet.* Ut autem no
ſtrum Juriſconſultum eſſe exiſtimem, eò max
mè moveor: quod eum juris ignarum non fuiſſ
declarant Imperatores. Modeſtinum etiam Ma
ximini junioris præceptorem fuiſſe colligi po
eſt ex Capitolino *in Maximino juniore c.* 1. Gor
dianique tempora attigiſſe ex *d. l.* 5. *C. ad exhi
bendum.* Hæc enim verba: *merito tibi à no
contemnendæ auctoritatis Juriſconſulto Mode
ſtino reſponſum eſt*, ſic interpretanda ſunt, u
ſententiam & reſponſum Modeſtini Sabinianu
miles appoſuerit iis in precibus, quas obtuli
Gordiano. Moris enim erat olim, ut qui pre
ces Imperatori offerrent, ſententias Juriſcon
ſultorum qui jam è vita exceſſerant, vel quo
conſuluerant apponerent, ut colligitur ex *l.* 14
C. de præd. & aliis reb. min. ubi Diocletianu
& Maximianus ſic reſcribunt Phrominio: *Uter
viri prudentiſſimi Papiniani reſponſo, cætero
rumque quorum precibus feciſti mentionem, ſen
tentiis*; & in *l.* 4. *C. de contrah. & commit
ſtipulat. ſecundum*, inquit Alexander Sabinæ,
*reſponſum Domitii Ulpiani præfecti annonæ
Juriſconſulti, amici mei, ea quæ ſtipulata eſt,
cum moreretur, &c.* Quamvis autem conſula-
tus

us Modeſtini nulla certa extet memoria; Proconſulem tamen Dalmatiæ eum fuiſſe certum ſt, & ex Dalmatia Ulpianum conſuluiſſe, ut pſe Ulpianus ſcribit in *l. ſi quis uxori.* 52. *§. ſi uis aſinum* 20. *D. de furt.* qua in lege Ulpianus, eum *ſtudioſum ſuum* appellat. Non ſolum utem Modeſtinus juris ſcientiam exercuit; d poëſeos etiam amator fuit: hocque periochæ Virgiliano operi adjectæ teſtantur. Cæterum Caſſianum eum non fuiſſe, probat *l.* 35. *D. fideicom. libert.* Juſtinianus autem in indice, bros Herennii Modeſtini hos poſuit.

Responsorum. lib. undevigint.

ΠΑΝΔΕΚΤΩ͂Ν. lib. duodecim.

Regularum. lib. decem.

Differentiarum. lib. novem.

ilicet quæ ad jus civile pertinent.

Excusationum. lib. sex.

uos Græce ſe ſcripſiſſe Modeſtinus teſtatur in *l. de excuſat. tut.* quæ ex Libro I. deſumpta t. qua in re ait, ſe utiliſſimum opus confeciſſe. os Ignatio Dextro dicavit.

De. poenis. lib. quatuor.

x *lib.* I. deſumpta eſt *l. ſi ſine ult. D. de in jus vondo.* Cujus verba, *vel ſupradictam pœnam, id &c.* adjecta, & interpoſita eſſe à Triboniano guror. cum enim in *l. præced.* 24. quæ eſt lpiani, ſic ſcriptum eſſet; *in eum qui adverſus fecerit, quinquaginta aureorum judicium datur.*

datur. & Tribonianus caput Modeſtini con‑ quenter inſerendo, in quo pœnæ quinquagi‑ ta aureorum mentio fit; ut eandem hanc cu‑ ſuperiore oſtenderet, ſic poſuit: *vel ſuprad‑ ctam pœnam, id eſt quinquaginta aureos dat.*
Lib. ſingulares.

DE. PRÆSCRIPTIONIBUS.

DE. INOFFICIOSO. TESTAMENTO.

Scripſit hoc in libro, tempora inofficioſi que‑ relæ à morte teſtatoris currere, cui tamen ſen‑ tentiæ Juſtinianus Ulpiani dogma prætulit; q‑ ab adita hereditate currere tradit.

DE. MANUMISSIONIBUS.

DE. LEGATIS. ET. FIDEICOMMISSIS.

DE. TESTAMENTIS.

ΠΕΡΙ῾. ΕΥΡΗΜΑΤΙΚΩ͂Ν.

ubi conſilia, cautioneſque, contra juris ſubtil‑ tatem proponit.

DE. ENUCLEATIS. CASIBUS.

DE. DIFFERENTIA. DOTIS.

DE. RITU. NUPTIARUM.

Fit etiam mentio librorum vi. xi. xiii. & xv ex *Caſſio* Modeſtini, in inſcriptionibus *leg‑ cenſere.* 111. *l. littus.* 112. *l. morbus.* 113. *l. ſo‑ vendo.* 114. *D. de verb. ſignif.* libri xxxv. eju‑ dem *ad Q. Mutium*, in inſcriptione *l. homo libe‑ D. de acquir. rerum domin.*

TARANTINUS PATERNUS.

ANgelus Politianus *epiſtol. libro* 5. *Tarruntius Paternus* legit. Cujacius vero in *l. venatoribus* 6. *C. de excuſat. mun.* ſic in indice Juſtinianeo legendum ait, *Titus Aruntenus Paternus*. Ego *Tarruntenum* malo. Eſt enim hic, ni fallor, Tarruntenus Paternus, qui Præfectus Prætorio, ſub Commodo Antonino fuit. Cujus conſilio Lampridius *in Commod. cap.* 4. ſcribit, *negotium datum Claudio Pompeiano propinquo*, interficiendi Commodi. *Qui ingreſſus ad Commodum diſtricto gladio, cum faciendi poteſtatem habuiſſet in hæc verba prorumpens, Hunc tibi pugionem Senatus mittit, detexit facinus fatuus nec implevit:* quo detecto Pompeianus ipſe, multique alii interfecti ſunt. *Paternum autem & hujus cædis auctorem, &, quantum videbatur, paratæ necis Commodi conſcium, & interventorem, ne conjuratio latius puniretur, inſtigante Tigidio per lati clavi honorem à Præfecturæ adminiſtratione ſubmovit Commodus. Verum poſt paucos dies inſimulavit eum conjurationis, cum diceret ob hoc promiſſam Juliani filio filiam Paterni, ut in Julianum transferretur Imperium. Quare & Paternum, & Julianum, & Vitruvium Secundum Paterni familiariſſimum, qui epiſtolas Imperatorias curabat,*

rabat, interfecit. Hæc Lampridius. Vegetius au tem *lib.* 1. *cap.* VIII. Paternum appellat *Diligentiſſimum rei* militaris aſſertorem, & redegiſſ eum refert in libros, quæ Auguſti, Trajani, Hadrianique Conſtitutionibus cauta erant. Qua propter quæ de diſciplina Auguſti ſcripta le guntur in *l.* 12. *D. de re milit. Paterni*, non *Macri* ſunt. Licet lex ex Macro deſumpta ſit. Cæterum Pontius Diaconus, qui paſſionem D Cypriani litteris mandavit, *Paterni* Proconſu lis Cartaginenſis meminit, qui D. Cyprianun ob Chriſtianæ religionis profeſſionem exili multarit. Verum ut eum noſtrum Paternun eſſe exiſtimem hæc prohibent. Primò, quia ſul Gallieno & Valeriano vixit: deinde quia Paſ ſius Paternus nuncupatur, ut patet ex D. Au guſtino Homilia de ſancto Cypriano martyre Eundem potius eſſe puto cum illo, quem Coſ Secundum, anno urbis conditæ 1020. Faſti po nunt, & Caſſiodori Chronicon. Reliquit au tem Tarruntenus.

DE. RE. MILITARI. LIB. QUATUOR.

ÆMILIUS MACER.

MEminit Paterni Juriſconſulti Macer in *l. officium* 12. *D. de re milit.* Ulpiani in *l. ſciendum* 15. *D. qui ſatiſd. cog.* & Pauli in *l.* 1 *D. de veter. & mil. ſucceſ.* Quamobrem eum ſul

Alexan

Alexandri imperio floruiſſe exiſtimo. Nam cum in *l.* 61. *D. de acquir. hered.* quæ ex *lib.* 1. *de Officio præſidis* deprompta eſt, D. Severi conſtitutionem affert, de Septimio Severo intelligendum eſt illud. Sed hoc liquido conſtat ex *l.* 1. *D. ſi pend. appellat.* his verbis: *Imperator noſter Alexander Pletorio militi ita reſcripſit.* Neſcio autem an is ſit, qui *Ornithogoniam* ſcripſit, cujus meminit Nonius Marcellus in verbo *Picumnus.* non autem *Theogoniam* ut perperam ſcriptum eſt apud Petrum Crinitum *lib.* III. *de Poëtis Latinis cap.* 52. quam tribuit Æmilio Macro Veronenſi, qui vixit his temporibus quibus Meſſala Corvinus, & Aſinius Pollio, eloquentia floruerunt. Scripſit autem

De. re. militari. lib. duos.

De. publicis. judiciis. lib. duos.

De. appellationibus. lib. duos.

ΕΙΚΟΣΤΩ͂Ν. ΒΙ'ΒΛΙΑ. ΔΥ'Ο.

Sic ſcriptum eſſe Florentiæ Antonius Auguſtinus affirmat *lib.* 1. *emend.* in *d. cap.* 4. In Haloandrina editione ſcriptum eſt εἰκοςῶν *ſive ad legem vicesſimam hereditatum libri duo.* Ex quorum *ſecundo* eſt lex *nulli* 13. *D. de tranſact. Nulli procuratorum Principis, inconſulto Principe tranſigere licet*, de *viceſima hereditatum* ſcilicet, atque hac de re ſolum, legem hanc verba facere ex inſcriptione conſtat. Quamvis hoc ex generali

axiomate deſumptum ſit, quod refertur a
Ulpiano *lib.* XVI. *ad Edict.* in *l.* 1. *D. de offi*
procurat. Cæſar. vel rat. quo cautum eſt, pro
curatorem Cæſaris nihil agere poſſe, nec ver
ditionis, vel tranſactionis, nec donation
cauſa, niſi conſentiente Cæſare. Primus autem
qui de *lege viceſima* ſcripſit, fuit Aulus Ofiliu
auctore Pomponio *l.* 2. *D. de orig. jur.* §. 44. cu
primum lege Julia augendi ærarii cauſa extra
neis heredibus irrogata eſt, teſte *Dione lib.* 5
quod ut cito creſcere, & augeri poſſet, mul
contra veteris juris regulas Impp. introduxe
runt: ad id probandum uno tantum teſtimoni
contenti erimus. Jure veteri mutus, & ſurdu
teſtari non poterant: ſtatuerunt tamen Princ
pes, ſi à Principe impetraverint, teſtari poſ
in *l.* 7. *D. qui teſtam. fac. poſſunt.* quæ deſump
eſt ex Æmilio Macro *lib.* 1. *ad legem viceſima*
hered. Hoc autem eis indultum ſatis appare
ut heredum numerus major eſſet, atque ita ve
ctigal viceſimæ augeretur. quamobrem emen
data eſt hæc lex à Nerva, à Trajano, & à M
Philoſopho; tum demum penitus ſublata
Gratiano, ſecundum Alciati ſententiam,
Antonii Goveani in *l.* 68. *D. ad leg. Falc.*
quam tamen Jacobus Cujacius improbat, c
mineque falſi Alciatum hac in re accuſat. H
tamen legis Juliæ de viceſima caput, ante Juſt
nianum ſublatum eſſe certum eſt: quod & J
n-

nianus ipſe videtur declarare in *l.* 3. *C. de Edicto D. Hadr. toll.* Præter autem libros qui in indice Juſtinianeo leguntur, ſcripſit

LIBROS ANNALIUM,

quorum xvi. citat. Priſcianus *lib. x. cap.* 1. *pag.* 895

AURELIUS ARCADIUS CHARISIUS.

POſt Herennii Modeſtini tempora vixiſſe videtur ex *l. munerum* 18. §. *mixta munera* 26. *D. de muner. & honor.* in qua ipſe ſcribit: *Mixta munera ſunt* δεκαπρωτίαι εἰκωσαπρωτίαι, *ut Herennius Modeſtinus & notando & diſputando, benè & optima ratione decrevit.* Labittus eum titulo Magiſtri libellorum inſignivit ex *l. un. D. de offic. præf. præt.* in quibuſdam tamen codicibus nulla ejus rei mentio fit. Eum quidem Chriſtianum fuiſſe ſcribit Cujacius *lib. vii. Obſervat. cap.* 2. Ad eum reſcribunt Carus & Numerianus ex inſcript. *legis* 4. *C. de calumniator.* & Præſes Syriæ ſub Diocletiano fuit, quod colligere licet ex inſcript. *l.* 9. *C. de quæſt.* ubi tamen vulgati codices malè *Chariſſimum* pro *Chariſio* habent. Tradit autem Juſtinianus in indice

Lib. ſingulares.

DE. TESTIBUS.

DE. OFFIC. PRÆFECTI. PRÆTORIO.

Ex hoc libro deſumpta eſt *l. un. D. de offic. præf. præt.* ubi animadvertendum, cum Chariſius ait: *Ad vicem Magiſtri equitum, præfectos prætorio antiquitus inſtitutos eſſe, à quibuſdam ſcriptoribus traditum eſt*, de Pomponio eum intellexiſſe, qui *l.2.D.de O.jur.§.19.* de Magiſtro equitum loquens ſic ſcribit: *Quod officium ferè tale erat, quale hodie Præfectorum prætorio.* Multa autem de officio Præfecti prætorio multi dixerunt: quare ab his ſuperſedebo; locum tantum inſignem in Aurelii Victoris hiſtoria Auguſta eſſe indicabo *in Tiber.* qui oſtendit Præfectum prætorio qualem in jure habemus, à Tiberio fuiſſe inſtitutum. Scripſit etiam,

DE. MUNERIBUS. CIVILIBUS.

LICINIUS RUFINUS.

Junium Rufinum patrem habuit, quem Proconſulem Macedoniæ fuiſſe colligimus ex Calliſtrato in *l.3.§.3. D. de teſtib.* Noſtrum Licinium Rufinum Alexandri Severi temporibus claruiſſe, ex hoc manifeſto apparet: quod Paulum Juriſconſultum per epiſtolam conſuluerit, quæ extat in *l. Licinius Rufinus* 4. *D. quib. ad libert. proclam. non licet.* Rufini meminit Ulpianus in *l. Imperatores.* 4. *D. de offic. præf. vig.* qui præfectus vigilum fuit. Conſulatum etiam exercuit cum Laterano, ſub Septimio

Se-

Severo, & Antonino filio anno urb. conditæ 950. auctore Damaſo in vita ſancti Victoris Papæ. Quibus Conſulibus, Albinus Cæſar prælio victus eſt, & occiſus: nonnullæque conſtitutiones in Codicem relatæ ſunt à Juſtiniano *l.* 1. *C. ſoluto matrim. quem. l. ult. C. de alend. liber. l. un. C. ſi contra matr. volunt. tut. da.* aliæque quamplurimæ, quæ Codicem percurrenti cuique obviæ eſſe poterunt. Hoc quidem notavi, plures eorum conſulatu, Severi & Antonini conſtitutiones factas, quam ſub aliis Coſſ. quod ideo eveniſſe puto, quia ſub Coſ. Juriſperito, Principes in jure reddendo frequentius ſe exercebant. Porro à Severo & Antonino Rufinus, *diſpenſator* appellatur, in *l.* 1. *C. ſi adverſ. fiſc.* id eſt, theſaurorum principalium adminiſtrationem gerens; ubi Probus in minore ætate conſtitutus, ſe ab eo circumventum querebatur. Fortaſſe is eſt, qui Cuſpius Rufinus vocatur à Modeſtino in *l.* 2. *D. qui petant. tut.* ad quem D. Severi epiſtola refertur. Compoſuit autem

REGULARUM. LIB. DUODECIM.

ut in indice Florentino ſcriptum eſt, *lex* tamen 34. *D. de re judic.* ſumpta eſt ex *libro* 13.

COLLATIONEM. LEGUM. MOSAICARUM. ET. ROMANARUM.

quo libro legum Dei cum legibus Romanis collationem fecit; quem librum debemus Petro

Pythœo viro doctiſſimo. atque ita ex eo apparet, Licinium Rufinum Chriſtianum fuiſſe.

P. FURIUS ANTINUS.

Hunc nominat Politianus Anthium, vel Publium Furium Anthiani patrem. Rivallius *lib. 5. hiſtor. juris* P Furium Anthianum patrem. Fuit autem Furius Antias Poëta inſignis, cujus meminit Macrob. *lib. 1. Sat. c. 13.* & cujus Nonius Marcellus, aliique Grammatici, auctoritate frequenter utuntur. Sed cum ante Virgilium vixerit, alium eſſe ab hoc noſtro Juriſconſulto, ſeries temporum cogitare nos cogit; quem ſub Papiniano clarum fuiſſe certum eſt. Hoc quidem non dubium, utrumque Antiatem nuncupari debere, vel Antianum; idque ſine aſpirationis nota, quod ex Antio urbe, quæ Volſcorum caput fuit, oriundi eſſent, cujus meminit Horatius *lib. 1. Carminum. Od. 35.* Hujus autem opera in indice Juſtinianeo habemus.

Partis. Edicti. lib. quinque.
in inſcriptione *l. 29. D. de liber. cauſa.* ſcriptum eſt *lib. 1. ad Edictum*: quæ tamen in codicibus Fradrini, Arrio tribuitur: *in lib.* vero 48. *Baſil. tit.* 8. Africano.

MAXIMUS.

EST hic Cornelius Maximus, cujus auditorem Trebatium Pomponius fuiſſe ſcribit ı *l.2.* §. 45. *D. de orig. jur.* Trebatius enim ſe b eo ſapere didiciſſe profitebatur, ut tradit Ciero *lib. 7. famil. Epiſt.* 8. ad Trebatium: *Nam ;ornelio*, inquit, *nihil audeo dicere, cujus tu ericulo ſtultus es, quando te ab eo ſapere didiciſ- profiteris.* Hujus idem meminit in 17. ejuſ- em libri epiſtola: *Hoc quemadmodum vos ſcri- ere ſoletis in veſtris libris, idem Q. Cornelio idebatur.* Hujus Maximi fit mentio in *l.* 4. *D. e inoffic. teſtam.* Quamvis Jacobus Cujacius ıſcriptionem hujus legis mutandam putet *lib. i. cap. xxi. obſervat.* reponatque ex Pandectis Florentinis: *Cajus lib. ſingulari ad legem Gli- iam:* quod tamen (ſi viri auctoritas improbare init) probare non poſſum, concedamus enim egem Gliciam latam fuiſſe: nihilominus tamen on video, cur lege Glicia introductam inofiicioſi teſtamenti actionem afferat; nullum ſiquidem hujus rei auctorem habet. Putat itaque Cujacius hunc Juriſconſultum qui μονόβιβλον *ad egem Falcidiam* ſcripſit, *Rutilium Maximum* vocari, ex quo nobis ſupereſſe *l. ſi heres* 125. *D. de legat. i.* eumque ex novis Juriſconſultis, rbitratur. Verum inſcriptiones duarum legum

ſi heres. quæ ſub *tit. de legat*. 1 .continentur, nec in vulgatis nec in Haloandrinæ editionis codicibus, Maximo tribuuntur : ſed una Cajo, altera Juliano. Nuſquam etiam Rutilium, Maximum in Pandectarum voluminibus, vel alibi vocari, legi. Antonius etiam Goveanus nactus videtur codicem, in quo inſcriptio *l.* 68. *D. ad legem Falc.* erat *Maximi ad legem Falcidiam.* quam tamen ipſe tanquam mendoſam reſtituit tribuitque Æmilio Macro. Cornelius igitur eſt hic Maximus qui in indice Juſtinianeo recenſetur. Sic enim eum vocat Pomponius *d. l.* 2. *§.* 45. *D. de orig. jur.* qui de eadem re conſultus qua Servius Sulpicius, reſponſum Serviano contrarium dedit, ut teſtatur Alphenus in *l. xvi. D. de inſtr. vel inſtr. legato.* Compoſuit itaque

AD. LEGEM. FALCIDIAM. LIB. UNUM.

veriſimile enim eſt ſtatim atque lex Falcidia lata eſt, celebriores Juriſconſultos ejus explicationem ſuſcepiſſe : hanc autem à Falcidio Tribuno pleb. ſub Auguſto adhuc Triumviro latam eſſe, *ex Dion. lib.* 48. certum & vulgatum eſt : cujus legis plura fuere capita, ut colligere licet ex *l.* 1. *D. ad leg. Falcid.*

HER-

HERMOGENIANUS.

HErmogenianus quaſi à Mercurio genitus: ita Alciatus *equos Hermogenianos* in *l.* 1. *e grege Dominico.* Hunc Hermogenianum uibuſdam placet, illum eſſe Hermogenem, uem Lampridius *cap. ult.* in conſilio adfuiſſe Alexandro Severo ſcribit: qua in ſententia eſt udæus *lib.* 5. *de aſſe*, & Cujacius *lib.* 2. *cap.* 7. *obſervat.* Exiſtimarem etiam Hermogenem oſtrum eſſe eum, qui judex de dividenda ereditate fuit inter Carmeliam Piam, ejuſque ohcredem: à quo tamen Cornelia appellavit, uod ipſe non tantum res, ſed etiam libertos iviſiſſet, ut ſcribit Paulus in *l. Carmelia ult.* D. *de jure patron.* Hermogenes vero quidam uit temporibus Severi, qui actionem habuit ontra Aſclepiadem, ut apparet ex *l. quamvis* . *C ſi cert. pet.* quod Aſclepiades ejus pecuiam ſuo nomine crediderat: ſtipulando tamen us obligationis ſibi quæſiverat: quique opinioem Stoicorum ſequutus, *materiam* ſemper uiſſe ſuſtinebat: adverſus quem Tertullianus ibrum ſcripſit, eumque *hæreticum turbulentum* ppellat. Quem tamen Hermogenem, alium noſtro reor, licet noſtrum Chriſtianum fuiſſe ſſeverare auſim ex ipſius verbis in *l. vitricus* 0. *D. de donat. int. virum & uxor. Divortii*,

inquit, *cauſa donationes inter virum & uxorem conceſſæ ſunt, ſæpe enim evenit ut propter ſacerdotium, vel etiam ſterilitatem.* veteres enim Chriſtianos qui uxorem habentes ad ſacerdotium vocabantur, ab uxoribus divortiſſe certiſſimum eſt: unde uxores Epiſcoporum viventium, viduas appellare moris erat. Compoſuit autem

ΕΠΙΤΟΜΩ͂Ν. JURIS. LIB. VI.

in indice Græco ἐπιτομῶν βίβλια ἕξ. Quibus in libris ordinem Edicti perpetui ſe profitetur ſequutum Hermogenianus in *l.* 2. *D. de ſtatu hom.* & his proximos, atque conjunctos applicaſſe titulos. Horum autem ſententiam non refellam, qui hos libros, Salvii Juliani epitomas tradiderunt; hæc enim jam damnata eſt à Jac. Cujacio.

FIDEICOMMISSORUM etiam LIBROS ſcripſiſſe conſtat, ex inſcriptione *l. nam quod* 14. *D. ad S. C. Trebell.* niſi Cujacium quis ſequi malit, qui mendoſam eſſe illam inſcriptionem exiſtimat *lib.* 2. *cap.* 27. *obſervat.*

ÆLIUS GALLUS.

IN indice Florentino hujus Juriſconſulti nomen deeſt: Haloander tamen in eorum ordinem, ex quorum libris Pandectæ prodierunt, collocavit. quod in ipſo codice Florentino *legis*

s 157. *D. de verb. ſignific.* inſcriptio ſit ejuſ-
odi *Ælius Gallus libro i. de verborum quæ
jus pertinent ſignificatione*. Cæterum Ælium
allum ex Romanorum gente Ælia fuiſſe exi-
mo: quis tamen fuerit non audeo judicare.
uit Ælius quidam Gallus ex equeſtri ordine,
teſtatur Plinius *lib. 6. cap. 28. natur. hiſtor.*
i primus in Arabiam arma Romana intulit,
pidaque Egram, Anneſtum, Eſcam, Magu-
m, pleraque alia diruit. In Arabiam autem
Auguſto miſſus fuit, eo conſilio ſcilicet ut
jus Provinciæ populos, vel ſibi volentes con-
iaret, vel ſubigeret invitos: veruntamen à
læo Nabatæorum legato, qui ſe ducem iti-
ris promiſerat deceptus eſt: & per devia
xuoſaque loca, per ſtagna & per ſaxa ductus,
agna exercitus clade & incommodo, ut am-
e deſcribit Strabo *lib. 16. Geographicorum.*
ihilominus tamen multas urbes ſubegit, mul-
ſque hoſtium exercitus profligavit: & niſi
læus eum prodidiſſet, univerſam Arabiam
licem Romano ſubegiſſet imperio, ut idem
ſtatur *lib.* 17. Præfectus autem Ægypti fuit,
cum Strabone ſtricto amicitiæ vinculo de-
nctus, eodem auctore *lib.* 2. Galli ejuſdem
eminit Virgilius Ecloga ult. Pollionis filii,
ctore Ælio Donato: quem tamen non
lium Gallum, ſed Cornelium Gallum au-
ores tradidere, & præcipuè Ammianus Mar-
cel-

cellinus *lib. xvii.* de quo tamen ille etiam du-
bitare videtur: *Is eſt*, inquit, *ſi rectè exiſtimo*
Gallus poëta, quem flens quodammodo in poſtrem
Bucolicon parte Virgilius carmine leni decanta.
Huic Cornelio Gallo primum Ægyptus Pro-
vincia commiſſa, ut ſcribit Euſebius in *Chroni-
cis*, & Strabo *lib.* 17. *Geograph.* Ex quo Stra-
bonis loco libenter colligerem, Ælium Gallur
tertium Ægypti præfectum fuiſſe. Primun
enim præfectum numerat Cornelium Gallum
ſubjicit deinde præfectum Petronium: po-
ſtremo Ælium Gallum collocat. Compoſui
autem

De. verborum. quæ. ad. jus. perti-
nent. significatione. lib. xii.

Ad hos vero libros referenda arbitror, qua
Cajus ſcribit in *l. videamus* 19. *D. de uſur*
Gallum Ælium ſenſiſſe: quodque Ulpianu:
ait in *l. frugem* 77. *verſ. Julianus D. de verb*
ſignific. Gallum frumentum definiviſſe, *quoi*
ariſta ſe contineat. Ad illos quoque libro:
putaverim pertinere quæ apud Gellium *lib*
xvi. cap. 5. *Noct. Attic.* ſcripta ſunt *ex Gall*
lib. 2. *de verb. ſignific. quæ ad jus civile perti-
nent.* quo in loco, & apud Macrobium *lib.* 6.
cap. 8. *Saturnal.* ubi quid ſit *veſtibulum* quæri-
tur, pro *Cæcilio Gallo*, *Ælio Gallo* legen-
dum eſt. Meminit etiam Ælii Galli Feſtus in
verbo *poſtliminium*, ejuſque *librum primum*
ſi-

gnificationum quæ ad jus perinent citat, & in erbo *Tribunitia librum xii. ſignific. verb.* ejuſ-ue verba idem Feſtus hæc refert: *Sacrum eſt, odcumque modo & inſtituto civitatis conſecra-m ſit, ſive ædis, ſive ara, ſive ſignum, ſive us, ſive pecunia, ſive quid aliud quod Diis dicatum atque conſecratum ſit.*

Finis Juriſconſultorum qui in indice Juſtinianeo reperiuntur.

DE JURISPERITIS LIBER SECUNDUS.

SUnt in iiſdem Pandectarum libris e aliorum Juriſconſultorum præclari ſcriptis, multa concluſa & comprehe ſa quaſi oracula illorum ſapientiæ ex miæ, & quaſi incomparandæ eruditionis. Qu rum nomina ſi hic adjicerem, quidque de h compererim, explicarem, gratam me rem jur ſtudioſis judicavi facturum: debere præter hoc me tantis ingeniis putavi.

JUNIUS GRACCHANUS.

JUnius Gracchanus Caii Gracchi temporib fuit, à cujus amicitia *Gracchanum* appell tum Plinius ait *lib.* 33. *cap.* 2. ubi tranſcrip ſunt quædam ejus verba: *Quod ad equeſtren*

nquit, *ordinem attinet, antea troſſulos vocabant, unc equites vocant. Ideò quia non intelligunt, roſſulos nomen quid valeat, multos pudet eo noine appellari:* quæ ex *libris de poteſtatibus* quos ompoſuit deſumpta ſunt, quorum ſeptimus itatur ab Ulpiano in *l. un. D. de offic. quæſtor.* ludque plebiſcitum quod extat apud Feſtum n verbo, *publica pondera*, quod ex Junio deumpſiſſe ſe teſtatur, ex Junio Gracchano de *oteſtatibus* deſumptum exiſtimo: ipſaque Plebiſciti verba ſatis demonſtrant: *Publica ponera*, inquit Feſtus, *quibus Populus Rom. uti olet ex ea cauſa Junius in*; hic quædam verba xpuncta ſunt, ſed reponendum puto; *libris e poteſtatibus dicta ſic ait, quod duo Silii P. & M. Tribuni Pl. rogarint his verbis: ex ponderius publicis quibus hac tempeſtate populus oeticr olet, ut ei coæquetur ſedolo M. Quadrantal. viei. Octoginta pondo ſiet. congius vinei decem, P. ſiet &c.* quod quidem miror, Joſephum Scalierum virum eruditiſſimum, qui hoc monuentum antiquitatis corruptum reſtituit, & aſtigavit, non adnotaſſe. Hunc autem Gracchanum, hiſtoricum appellari *in indice Plinia-o Gelenii* reperio. Ejus etiam meminit Varro *ib. 5 de lingua lat. pag.* 50. eumque Junii nomine ntelligendum exiſtimo apud Feſtum, & apud Macrobium. Compoſuit autem ut diximus

De. potestatibus. lib. vii.

CA-

CATO.

Hunc Catonem, Catonis Portiæ familiæ Principis filium natu majorem eſſe exiſtimo, quem Prætorem deſignatum, vivo patre mortuum ſcribit Plutarchus *in Catone Majore*, non Uticenſem, ut ex Bolonino putat Dionyſius Gothofredus in *l.* 4. *D. de verb. obligat.* Hacque in re ſequutum M. Catonis patris ſui exemplum, ſatis conſtat ex Pomponio in *l.* 2. *D. de orig. jur.* §.38. cujus etiam libros extitiſſe ſuis temporibus ſcribit, his verbis: *Deinde M. Cato princeps Portiæ familiæ, cujus & libri extant. ſed plurimi filii ejus, ex quibus cæteri oriuntur.* non enim Budæi mentem probo, qui hoc in loco ſic legit, *ſed plurimi libri ejus*, cum hoc modo auctoris ſententia omnino conturbetur. Ex his tamen Pomponii verbis colligere poſſumus, M. Catonem poſt mortem filii, opus quod fortaſſe filius imperfectum reliquerat, complevisse. Uxorem autem Cato noſter habuit Pauli filiam, auctore Plutarcho: narraturque ab eo, cum de patre quereretur, quod Salonii clientis filiam ducere uxorem vellet, M. Portium patrem ei dixiſſe: ſe non ejus odio hoc facere, ſed quod plures filios civeſque ipſi ſimiles, patriæ relinquere cuperet. Cæterum Portius Cato funus in prætura defuncti filii tenuiſſimo

ſimo, ut valuit, (nam pauper erat) ſumptu
ecit, teſte Floro *epit. Livian. lib.* 48. *Regulæ*
utem *Catonianæ*, hunc auctorem fuiſſe cre-
liderim, cujus titulus extat in Pandectarum
oluminibus contextus: quæ quidem *Catonia-*
a ſententia dicitur à Martiano in *l.* 86. *D. de*
ondit. & demonſtrat. Compoſuit autem

DE. JURIS. DISCIPLINA. LIBROS.

uos egregios fuiſſe teſtatur Gellius *lib. xiii.*
ap. XIX. *Noctium Atticarum.*

COMMENTARIORUM. JURIS. LIB. XV.

itatur à Paulo *liber xv. Catonis* in *l. iiii.* §.
ato I. *D. de verb. oblig.* quem fuiſſe arbitror
num ex *libris commentariorum juris civilis*,
ui Catoni tribuuntur à Feſto in verbo *Mun-*
us.

TUBERO.

Q. Ælius Tubero Stoicus, fuit temporibus
Luculli, ut refert Plutarchus *in Lucullo*, ex
ente Ælia de qua Valerius *libro* IV. *cap.* IV. L.
aulum avum, P. Africanum avucunlum habuit
uctore Valerio *eodem loco*, & *lib.* 7. *cap.* 5.
uem Cicero *in libro de jure civili in artem*
digendo apud Gellium *lib.* I. *cap.* XXII. ſcientia
ris majoribus ſuis non defuiſſe dicit, doctri-
a etiam ſuperfuiſſe: & in *Bruto c.* 31. nullo
m in oratorum numero fuiſſe teſtatur, ſed

vita ſeverum, & congruentem cum ea diſcipli
na quam colebat, paulò etiam duriori. Qu
quidem in triumviratu judicavit, contra P
Africani avunculi ſui teſtimonium, vacationen
Augures quo minus judiciis operam darent
non habere. Sed ut vita ſic oratione durus, in
cultus, horridus: quæ res effecit, ut honoribu
majorum ſuorum reſpondere non potuerit
quamobrem miror Pomponium in *l. 2. de orig*
jur. §. 40. ſcripſiſſe Tuberonem Conſulem
fuiſſe: *Ab his*, inquit, *profecti ſunt Publiu*
Rutilius Rufus, *qui Romæ Conſul*, *& Aſi*
Proconſul fuit, *Paulus Virginius*, *& Q. Tuber*
ille Stoicus Panætii auditor, *qui & ipſe Conſ*
fuit: quomodo enim Conſul fuerit non video
ſi majorum honoribus, qui Conſules tantu
fuere, reſpondere non potuit. Addam adhu
quod nec in Faſtis, nec apud auctores Hiſtori
Romanæ, conſulatus ullus Q. Ælii Tuberon
legatur. Pomponium autem hæc, contra ver
tatem hiſtoriæ non ſcripſiſſe judicabunt ſati
qui librariorum in tranſcribendis, vel exara
dis libris ignaviam notaverint; quod hoc
loco accidiſſe certiſſimum eſt. Pomponiu
itaque ab omni erroris ſuſpicione liberabimu
ſi verba illius librariorum ignorantia tranſp
ſita, loco ſuo reſtituamus. Hoc modo,
his profecti ſunt P. Rutilius Rufus, *qui Ron*
Conſul, *& Aſiæ Proconſul fuit*, *P. alius Virg*
nii

ius. (Sic enim legendum eſſe non *Paulus*, n Rutilio demonſtrabo) *qui & ipſe Conſul.* P. nim Virgin. ex Faſtis Cuſpiniani Conſulem uiſſe conſtat. Cæterum Tubero fortis civis, & onſtans fuit, quod indicat Gracchi in eum oraio, & in Gracchum Tuberonis. Cujus tamen onſtantia ſevera nimis, populo Romano odioa fuit. *Cum* enim *epulum Q. Maximus Africani patrui ſui nomine, Populo Rom. daret: ogatus eſt à Maximo Q. Tubero, ut triclinium ſterneret, cum eſſet ejuſdem Africani ſororis ilius: atque ille homo eruditiſſimus, ac Stoicus, ſtravit pelliculis hœdinis lectulos Punicanos, & xpoſuit vaſa Samia: quaſi vero eſſet Diogenes Cynicus mortuus, & non divini hominis Africani mors honeſtaretur; &c. hujus in morte celeranda, graviter tulit Populus Romanus hanc erverſam ſapientiam Tuberonis; itaque homo ntegerrimus, civis optimus, quum eſſet, L. Pauli nepos, Publiique Africani ſororis filius, is hœdinis pelliculis prætura dejectus eſt*, teſte Cicerone *in orat. pro Muræna cap.* 36. Coævus utem P. Rutilii, cujus vitam infra deſcribemus, uit Tubero: ambos enim adoleſcentes induxit oquentes cum Africano Tullius in libris de Republ. ut ipſe teſtatur *epiſt.* 4. *lib.* 4. *ad Atticum.* Tuberonis verò auctoritas magni ponderis pud Celſum fuit, ſed non quidem tanti, ut on prætulerit Tuberonis ſententiæ opinio-

 nem

nem Servii, cùm de ſuppellectile quæreretur in *l. 7. D. de Suppell. legata.* Hunc, auctorem peculii definitionis quidam exiſtimant: ſed hac de re nihil certi affirmare poſſum, cùm Tubero tantum, ſine prænomine vocetur ab Ulpiano, & Celſo; hic quidem eſt, cui Tullius *libro 3. de offic. cap.* XV. Hecatonem Rhodium Panætii auditorem, *libros de officiis* ſcripſiſſe tradit. Denique de eo quædam non contemnenda notat Baptiſta Egnatius *Racemationum libro cap. 9.* Cæterùm nonnullos de jure reliquit libros, ſcilicet

De. jure. venditionis.

Refert enim Javolenus hujus Tuberonis ſententiam *in l. in lege fundi 77. D. de contrah. empt.* exiſtimantis, *Si cum in lege fundi vendundi, Lapidicinæ quæ ubique eſſent exceptæ fuerint, licet poſt multum temporis lapidicinæ in eo fundo repertæ ſint, eas tamen venditoris eſſe.* Ulpianus aliam refert in *l. Julianus 13. §. ſi venditor 30. D. de action. empti.* Ex quibus colligo, Tuberonem de jure venditionis aliquid ſcripſiſſe. Alios eum promulgaſſe non invenio libros; nam Q. ille Tubero, quem juris publici & privati complures libros reliquiſſe ſcribit Pomponius in *l. 2. D. de orig. jur. §. 46.* alius eſt ab hoc noſtro Tuberone Panætii anditore, & Stoico. Illum quidem doctiſſimum fuiſſe tradit Pomponius, & ſermone antiquo libros affectaſſe ſcri-

ſcribere: ideoque libros ejus parum gratos habitos. Cauſis etiam agendis operam dediſſe, à quibus ad jus civile eum tranſiiſſe ſcribit, maximè poſtquam Q. Ligarium accuſavit, nec obtinuit apud Cajum Cæſarem, Cicerone Ligarium defendente, cujus extat oratio. Hoc autem nomine Ligarium accuſaſſe tradit idem Pomponius, quod Q. Ligarius cùm Africæ oram teneret, infirmum Tuberonem adplicare non permiſit, nec aquam haurire. Quibus verbis non mihi videtur apertè Pomponius, patrem Tuberonem, à filio diſtinguere; uterque enim erat in his navibus, quas ait paſſum non eſſe Ligarium Uticam appellere: Pater L. Tubero in Africam veniebat, quam ſorte obtinere debebat, Tuberonem Fil. ſecum ducens: cùm C. Cæſar Pompeii inſequendi, qui Italia exceſſerat, ut ſe cum tranſmarinis auxiliis conjungeret, conſilium omiſiſſet; atque in Hiſpaniam proficiſci conſtituiſſet. Nec vero eam fuiſſe crediderim cauſam Tuberoni apud Cæſarem Ligarium accuſandi, quam Pomponius affert: neque Tuberonem à Ligario adplicare impeditum; namque ipſe Cæſar, Tuberonem Uticam navibus portu, & oppido, non à Ligario, ſed à Varo prohibitum fuiſſe ſcribit *lib.* 1. *de bello civili cap.* 31. ut ne filium quidem potuerit in terram exponere ægrotantem. Et Quintilianus *lib. xi. cap.* 1. qui Tuberonis orationem legerat,

ſummam accuſationis hanc fuiſſe ait, quod Ligarius poſtquam bellum civile exarſit, non à partibus receſſiſſet, ſed perſeveraſſet: neque pro Cn. Pompeio; inter quem inquit & Cæſarem, dignitatis fuerat contentio, cùm ſalvam uterque Remp. vellet: ſed pro Juba, atque Afris inimiciſſimis populo Romano, ſtetiſſet.

SEXTUS ÆLIUS.

GEns *Ælia*, inquit Feſtus, *appellatur, quæ ex multis familiis conficitur.* Sexti autem prænomen ab ordine naſcendi inductum eſt, datumque Ælio: quem maximum Oratorem, maximumque Jureconſultum fuiſſe teſtatur Tullius in *Bruto cap.* 20. *Numeroque eodem*, inquit, *fuit Sextus Ælius, juris quidem civilis omnium peritiſſimus, ſed etiam ad dicendum paratus:* & propter eximiam juris civilis ſcientiam cordatum hominem ab Ennio appellatum fuiſſe ſcribit idem *libro* 1. *de Oratore. cap.* 45.

Egregiè cordatus homo, catus Ælius Sextus. & hoc eſt, quod Pomponius ſcribit in *l.* 2. *D. de orig. juris §.* 38. Ennium Sextum Ælium laudaſſe. Fuit autem Sextus Ælius P.F. & P. N. Sic enim tabulæ Capitolinæ habent, & generi P. Pauli, ut eſt apud Plinium *libro* 33. *cap.* 11. Conſul fuit cum T. Quintio Flaminio anno ab urbe condita D L V. ut tradit Caſſiodorus, ejuſ-

juſque conſulatus meminit. Plutarchus in *Flaminio.* Fratrem habuit P. Ælium Pætum, qui Conſul fuit anno ab urbe condita 552. cum Cn. Cornelio Lentulo, ut eſt apud Eutropium, & Caſſiodorum: ideoque non malè à Pomponio ſcriptum eſt: *& duo Ælii etiam Conſules fuerant.* Ex his tamen Publium, majorem natu fuiſſe exiſtimo; primùm quod prior in Faſtis ponatur: deinde quòd Cenſorem eum, priuſquam S. Ælius Conſul fuerit, tabulæ Capitolinæ probent cum Scipione Africano, à quibus luſtrum conditum eſt. Sextus etiam Cenſor fuit cum Cn. Lentulo Cethego, auctore Livio *lib.* 34. *cap.* 44. Tanta autem integritate, & continentia ſemper vixit, ut Æliorum familiæ hereditariam paupertatem conſervarit: ita ut eum nihil aliud habuiſſe argenti ad ſupremum vitæ diem, quàm duo pocula, quæ L. Paulus ſocer ei ob virtutem, devicto Rege Perſeo donaverat, teſtetur Plinius *lib.* 33. *cap.* xi. & cùm Legati Ætolorum, in conſulatu prandentem in fictilibus eum adiiſſent, miſſa ab his vaſa argentea, non accepiſſe. Multos autem *de jure civili* libros ſcripſit,

ÆLIANUM. JUS.

Sic enim appellabatur liber ille, quem populo dedit: quo actiones alias, quam quæ à Cn. Flavio, vel à Papirio propoſitæ erant, compoſuit, teſte Pomponio *l.2.§.poſtea cum 7.D.de orig.jur.*

TRIPARTITA.

Sic inſcriptus fuit liber ille, quoniam lege XII. tabularum præpoſita, jungitur interpretatio: deinde ſubtexitur legis actio auctore Pomponio *d. l. 2. D. de orig. jur.* Ideoque *interpretem antiquum* XII. *tabul.* Tullius *lib. 2. de legib.* eum vocat, & Juſtinianus in *l. 1. C. de communi ſervi manu. juris antiqui conditorem*, licet quid *leſſum* in XII. tabulis ſignificaret, non ſatis ſe intellexiſſe profeſſum. Hic autem liber, veluti cunabula juris continebat. *d. l. 2. de origine jur.* Ælii Sexti verba ſæpè pro verbis XII. tabb. accipiuntur.

COMMENTARIA.

quorum meminit Cicero *lib. 1. de orat. Et in P. Mutii*, inquit, *fratris ſui libris & S. Ælii commentariis, ſcriptum protuliſſe*, & Paulus in *l. poſtquam* 43. *D. de petitione hered.* licet Jacobus Labittus in indice, pro *Ælius* legat *Lælius*. Ejus auctoritate utitur etiam Celſus *lib.* VIII. *Digeſtorum in l.* 38. *de act. empt.*

PUBLIUS MUTIUS.

P. Mutius P. Mutii Scævolæ filius fuit, paterque Q. Mutii Scævolæ, cujus vitam ſuprà deſcripſimus, ut ex Pomponio, & ex Faſtis apparet. Fratrem habuit L. Craſſum auctore

Ci-

Cicerone *lib.*1.*de Orat. c.*37. qui Mutianus di-
tus eſt, apud Pomponium *l.*2 §.40. *D.de orig.*
ur. Conſul autem fuit cum L. Calphurnio
nno ab urbe condita 621. ut teſtatur Caſſiodo-
us in *chronicis*: cujus conſulatu ſeditio perni-
ioſiſſima Tiberii Gracchi orta eſt: legimuſque
pud Plutarchum in Gracchorum vita, Tibe-
ium Gracchum cùm legem Agrariam promul-
are vellet, Craſſum Pontificem Maximum,
Mutiumque Juriſconſultum Conſulem princi-
es in Republ. cives in conſilium adhibuiſſe:
quamobrem eum Conſulem eſſe exiſtimo, quem
Plutarchus Naſicæ ab eo petenti ut tyrannum
Gracchum tolleret, reſpondiſſe ſcribit: *Nullam*
ſe vim illaturum, neque civem Romanum indicta
cauſa necaturum. Cæterum Pomponius *d.l.*2.§.
9.*D. de orig. jur.* *Pontificem Maximum fuiſſe*
P. Mutium tradit. Cùm autem Pontifices
Maximi res omnes ſingulorum annorum literis
mandarent, hæc conſuetudo in ejus pontificatu
brogata eſt, ut apud Ciceronem *lib.* 2. *de Orat.*
ap. 12. videre liquet. idem *libro* 1. *cap.* 37. te-
tatur Craſſum Divitem P. Scævolæ ſolitum
perſæpe dicere, illum in Jure civili ſatis illi arti
facere non poſſe, niſi dicendi copiam aſſumpſiſ-
ſet. Obiit autem Mutius morbo pediculari,
ſi his credimus qui Plutarchum in Sylla de hoc
noſtro Juriſconſulto loqui putant. Quod qui-
dem non omnino à veritate alienum: eum enim

vocat Plutarchus νομοδείκτην in vita Gracchorum. Nec quidem parvi nominis Juriſconſultus P. Mutius fuit: teſtatur ſiquidem Pomponius *d. l. 2. §. 39.* eum cum Bruto, & Manilio jus civile fundaſſe, qui Principes civitatis ea tempeſtate fuere, inter quos agitatam fuiſſe quæſtionem illam, *an partus ad uſufructuarium pertineat*, infra in Bruto dicemus. Reliquit autem

LIBROS. XIV.

ſive ut loquitur Pomponius, *libellos*: qui tamen, decem tantùm libros eum reliquiſſe tradit: ſed Paulus Juriſconſultus in *l. Mutius* 30 *D. pro Socio* ex *libro* XIV. Mutii hæc tranſcripſit: *Non poſſe ſocietatem coiri, ut aliam damni, aliam lucri partem ſocius ferat.* Qua etiam ex lege Servium Sulpitium notas in hos Mutii libros ſcripſiſſe colligimus. Pomponius etiam *in l. ult. D. de legation.* refert eum in hac ſententia fuiſſe: *quem ſemel populus R. juſſiſſet dedi, ex civitate expuliſſe videri: ſicut faceret cum aqua & igni interdiceret.*

BRUTUS.

QUis hic Brutus fuerit difficilis cognitionis eſt: alium enim eſſe à Bruto, cujus vitam Plutarchus eleganter & copioſe deſcripſit, ſeries temporum ſatis apertè indicat; aliumque etiam

iam ab ejus patre puto: quamvis illum Cice-
nis verba Juriſconſultum fuiſſe aſſerere vi-
antur: *L. autem*, inquit, *Lucullum etiam acu-
m, patremque tuum, Brute, juris quoque &
blici & privati ſanè peritum, &c.* hacque ra-
one maximè moveor, quòd patrem Bruti
æſaris interfectoris, filio diſſimillimum fuiſſe
ſtatur Plutarchus, i. e. nec magni animi, nec
genii: quamobrem verba illa Ciceronis non ita
terpretanda ſunt, ut eum de patre Bruti Ca-
nis generi intellexiſſe exiſtimemus: quamvis
verbo *Patrem tuum* Brutum alloquens,
us ſit; ampla enim eſt *patris* ſignificatio, nec
lum proximiorem genitorem, ſed etiam
um, abavum, proavum, atavum, ſub patris
omine contineri docet Valla, omniſque
rammaticorum ſchola. Fuit itaque Brutus
oſter unus ex majoribus Bruti, paterque M.
ruti, quem moleſtum accuſatorem & vehe-
entem vocat Tullius in *Bruto cap.* 34. Quo
 loco colligere poſſumus, qua laude floruerit
ater, & quas nomini Brutorum maculas inuſ-
rit filius: ſic enim loquitur Tullius: *Iiſdem
mporibus*, inquit, *M. Brutus, in quo magnum
uit, Brute, dedecus generi veſtro, qui cum tan-
nomine eſſet, patremque optimum virum ha-
uiſſet, & juris peritiſſimum, accuſationem fa-
itaverit, ut Athenis Lycurgus. Is magiſtra-
us non petivit, ſed fuit accuſator vehemens &
mo-*

moleſtus, *ut facile cerneres naturale quoddam ſtirpis bonum degeneraviſſe vitio depravatæ voluntatis.* Bruto autem Juriſconſulto ut genus illuſtre, ita & opulentæ poſſeſſiones fuere: fundos enim tres habuit, Privernatem videlicet Albanum, & Tiburtem, & præter hos balnea etiam: quæ quidem omnia bona, gurgitem illum & helluonem Marcum filium devoraſſe vendidiſſeque tradit Cicero *lib. 2. de orat. cap. 54.* & pugnam Craſſi oratoris quæ in cauſa Cn. Planci intervenit in M. Brutum, quem dignum contumelia judicabat, deſcribit: *cùm enim Brutus duos lectores excitaſſet*, *& alteri de colonia Narbonenſi Craſſi orationem legendam dediſſet, alteri de lege Servilia, & cùm contraria inter ſeſe de Republ. capita contuliſſet*, Craſſus *facetiſſime tres patris Bruti de jure civili libellos*, *tribus legendos dedit ex libro primo:* FORTE. EVENIT UT. IN. PRIVERNATI. ESSEMUS. *Brute, teſtificatur*, inquit, *pater ſe tibi Privernatem fundum reliquiſſe: deinde ex libro ſecundo:* IN. ALBANO. ERAMUS. EGO. ET. M. FILIUS. *Sapiens*, inquit, *videlicet homo cum primis noſtræ civitatis*, *norat hunc gurgitem*, *metuebat ne cùm is nihil haberet*, *nihil eſſe ei relictum putaretur. Tum ex libro tertio in quo finem ſcribendi fecit* (*tot enim*, *ut audivi Scævolam dicere*, *ſunt veri Bruti libri.*) IN. TIBURTI. FORTE. ASSEDIMUS. EGO. ET. M. FILIUS. *Ubi ſunt ii fundi*,

Bru

ute, quos tibi pater publicis commentariis nſignatos reliquit? quod niſi puberem te, init, jam haberet, quartum librum compoſuiſſet, ſe etiam in balneis lotum cum filio ſcriptum iquiſſet. Atque ita hoc lepore iiſque faces refutatus eſt à Craſſo M. Brutus nimis vemens, & quaſi tragœdus orator. Cæterùm utus Juriſconſultus præturam exercuit, & raeam ſe continuit, nunquam conſulatum eptus, ideòque prætorius rectè nominatur à mponio *d. l.* 2. §. 39. *D. de orig. jur.* Reliit autem

De. Jure. Civili. lib. tres.

od conſtat ex ſuprà citato loco Ciceronis: amobrem miror Pomponium in *d. l.* 2. ſeem libros Bruto tribuiſſe: veriſimile enim n eſt, Pomponium Ciceronis verba non leſſe. Verum hos duos auctores ſic conciliabius; Brutum quidem libros tres tantum reliiſſe: Plures tamen Bruto tributos, quod colli poteſt ex Tullii verbis: *Tot enim*, inquit, *audivi Scævolam dicere, ſunt veri Bruti libri:* quibus & Ciceronis ætate plures quàm tres, lgò tributos colligere poſſumus: qui error poſteriora ſæcula delapſus, cauſam fortaſſe æbuit Pomponio vulgarem opinionem ſeuto ſcribendi, Brutum ſeptem libros reliiſſe; tot enim tunc temporis Bruti nomine oferri credendum eſt. Sed ſi hæc vera ſint, Pom-

Pomponium ingorantiæ crimine tacite inſecta-
ri videmur: quaſi quid hac de re eruditi viri ſer-
ſerint, ignoraverit ipſe: quod quidem facil-
ut non admittatur, ſuadet auctoris perfect-
eruditio. Deinde quis tam ineptus, ut exiſti-
met Pomponium vulgarem errorem, Ciceroni-
& Scævolæ ſententiis rejectis ſequi maluiſſe: qu-
tam frequenter in *d. l.* 2. Ciceronis auctoritat-
utitur? quamobrem dicendum puto Pompon-
verba illa depravata eſſe: *Ex his P. Mutiu-
etiam decem libellos reliquit, Brutus ſeptem, Ma-
nilius tres, & extant volumina ſcripta Manil-
monumenta. Illi duo conſulares fuerunt: Brutu-
prætorius.* & reſtituenda dictionis unius tran-
ſpoſitione hoc modo *Septem Manilius, Brutu-
tres.* Manilium enim hic ante Brutum à Pom-
ponio poſitum eſſe indicant hæc verba: *Illi du-
conſulares fuerunt*; quæ ad Mutium & Man-
lium referuntur, atque ita ad primò ſcripto-
Dictionem ſiquidem *Illi* ad ultimum nomina-
tum referri non poſſe ſciunt & ipſi Grammat-
ces tyrunculi. Quod quidem eveniret, ſi Ma-
nilius poſt Brutum ſcriptus eſſet, contra Latin-
ſyntaxeos regulas. Præterea Manilium plur-
quam tres libros compoſuiſſe ſatis conſtat e-
ipſo Pomponio, cum ait: *Et extant volumin-
ſcripta Manilii.* Dictio enim illa, *voluminum*
librorum copiam denotat. Scripſiſſe & Man-
lium libros actionum infra in Manilio dicemu-

Ca-

æterum doctrinæ Brutianæ quædam adhuc ꝭtant in pandectis noſtris veſtigia Paulus enim ı *l. poſſideri.* 3. §. 3. *D. de acquir. poſſeſſ.* &]lpianus in *l. ſi ſervus* 27. §. *ſi mulier* 22. *D.* *l leg. Aquil.* Bruti has ſententias afferunt. rima quidem eſt: *Eum qui fundum longa poſ-ſſione cepit, & theſaurum cepiſſe: quamvis ſciat in fundo eſſe.* quam tamen non probat ac ratione: quia is qui neſcit non poſſidet. lia vero hæc eſt: *ſi mulier pugno, vel equa ꝭu percuſſa ejecerit, qui hoc fecit Aquilia teneri uaſi rupto.* Idem Ulpianus in *l.* 68. *D. de ſufr.* veterem fuiſſe quæſtionem ait: *an partus ilicet ancillæ ad fructuarium pertineret.* Quam uidem quæſtionem agitatam fuiſſe inter prin-ipes civitatis P. Mutium Scævolam, Mani-um, & Brutum: illis ad fructuarium pertinere fferentibus: Bruto vero diſſentiente ſcribit ʼullius *lib.* 1. *de finib. bonorum & mal. cap.* 4. uod & colligitur ex Ulpiano in *d. l.* 68. Sed ruti ſententia obtinuit, fructuarium in eo ocum non habere. hac ratione, quod in fru-tu hominis homo eſſe non poteſt: quare au-em homo in fructu eſſe non poſſit, non tra-it Ulpianus: ſed rationem Bruti deſumere oſſumus ex Cajo in *l.* 28. §. 1. *D. de uſur.* ʼum omnes fructus rerum natura hominum ratia comparaverit; hanc enim rationem eſumpſiſſe Cajum ex veteribus, ſcilicet ex

Bru-

Bruto, oſtendunt ſatis verba: *Abſurdum enim videbatur.*

MARCUS MANILIUS.

ÆQuitati conſentaneum eſt, ut Brutum Manilius ſequatur, cum à Paulo, Pomponio, & ab ipſo Tullio *libro* 1. *de finibus bonorum & malorum cap.* 4. conjungantur. M. itaque Manilius legum conſuetudiniſque ejus qua privati in civitate utebantur, & ad cavendum, & ad agendum, & ad reſpondendum peritus fuit ideoque veri Juriſconſulti nomine à Cicerone *libro* 1. *de Oratore cap.* 48. decoratur, & *libro tertio cap.* 33. idem Cicero eum *tranſverſo ſolitum ambulare foro* ſcribit: quod erat inſigne, Juriſconſultos qui id facerent, civibus omnibus conſilii ſui copiam facere. Ad quos olim & ita ambulantes, & in ſolio ſedentes domi ſic adibatur, ut non ſolum de jure civili ad eos: verum etiam de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de omni denique aut officio, aut negotio referretur. Conſularem autem Manilium fuiſſe rectè ſcribit Pomponius in *l.* 2. *§. D.* 39. *de O. jur.* Conſul enim fuit cum L. Martio Cenſorino, auctore Cicerone *in Bruto cap.* 27. item Caſſiodoro *in Chronicis*, & Cenſorino *cap.* XVII. qui corrupte apud Florum in epitome Livii *libr. xlix.* M. Manlius dicitur. Horum

um conſulatu ante triennium quàm Carthago eleretur, M. Cato perpetuus diruendæ ejus uctor mortem obiit, ut ſcriptum eſt apud 'elleium Paterculum *lib.* 1. *cap.* 13. obſideri nim oppugnarique cepit Carthago L. Martio : M. Manilio Conſulibus, auctore Floro *lib. lix. epitom. Livii. In qua oppugnatione, cum egelectos ab una parte muros duo Tribuni temere um cohortibus irrupiſſent; & ab oppidanis raviter cæderentur, à Scipione Africano expliti ſunt, per quem & caſtellum Romanorum, uod nocte oppugnabant, paucis equitibus juantibus liberatum eſt.* Ob quod egregium faum Scipionem obſidionali corona à Manilio onatum ex Plinio colligo *libro* XXII. *cap.* 6. um ait: *Æmilianum quoque Scipionem Varro uctor eſt, donatum obſidionali in Africa à Malio Conſule tribus cohortibus ſervatis, totidemue ad ſervandas eas eductis.* Africa enim rovincia Coſſ. M. Manilio & L. Martio deeta eſt, illiſque imperium ad bellum gerenum datum: M. Manilio quidem ut pedites uceret, L. vero Martio ut equitatui præeſſet, cut ſcribit Appianus *in Lybicis.* Veruntamen ercitui ſolus Manilius poſtea imperavit, um L. Martius Conſul Romam ad comitia ſſet, & ſolus exercitum adverſus Aſdrubalem uxit; ſic enim explicanda puto hæc verba lori in *epit. Liv. lib. xlix. Præterea cum ab irrita*

oppugnatione Carthaginis Cos. (*alter enim Ro*
mam ad comitia ierat) *exercitum ducere adver*
ſus Aſdrubalem vellet. Piſonem autem ſucceſſo
rem in Provincia habuit, ut ſcribit Appianu
Plura de his quæ in conſulatu & in Africa ge
ſerit apud auctores reperiuntur. Hoc quiden
Conſule legem de Repetundis latam eſſe à L. P
ſone frugi Trib. pleb. apud Ciceronem *in Brut*
cap. 27. legimus. Cæterum Bartholomæus Ma
lianus Patritius Mediolanenſis hunc M. M
nilium filium putat ejus Manilii, quem Liviu
lib. 45. *cap.* 17. Legatum ad bellum Illyricur
miſſum eſſe commemorat cum P. Ælio Ligo
C. Cicereio, aliiſque, qui ab eo recenſentu
Qua autem ex familia ortus fuerit Maniliu
difficile eſt judicare. Hoc quidem affirmo
illum ex antiqua & illuſtri Manliorum famili
originem non duxiſſe: quod tamen nonnul
exiſtimavere: *Manliæ* enim *gentis patriti*
decreto nemo ex ea Marcus appellatur, quod M
Manlius, qui Capitolium à Gallis defenderat
cum regnum affectaſſet, damnatus necatuſque eſ
ut legitur apud Feſtum *in verbo Manliæ.* ſicu
de *Lucii* prænomine in *Claudiana gente* ſcri
bit Suetonius *in Tiberio cap.* 1. Hunc autem
Manilium Marci prænomen habuiſſe ex h
quæ diximus, ſatis apparet: quiſquis tame
fuerit, magni vir judicii eximiæque doctrina
nec ſcientiæ politicæ rudis & ignarus traditu
Eu

Eum enim in libris de Republica deſſerentem & diſputantem, ſe introduxiſſe ſcribit Cicero *lib.* 4 *epiſt.* 16. *ad Atticum.* Juris peritiſſimum quidem eum conſtat fuiſſe ex Pomponio *d. l.* 2. *de orig. jur.* qui eum cum P. Mutio & Bruto jus civile fundaſſe ſcribit. Hujus doctrinæ apud Paulum in *l. poſſideri.* 3. *§. Neratius* 3. *D. de acqu. poſſeſſ.* extant hæ reliquiæ: *Eum qui fundum longa poſſeſſione ceperit, etiam theſaurum cepiſſe, quamvis neſciat in fundo eſſe.* Quam tamen ſententiam à Paulo improbatam ſupra diximus in Bruto. Reliquit autem

De. Jure. Civili. lib. VII.

auctore Pomponio: ſic enim legendum eſſe docuimus, qui inſcripti ſunt *Manilii monumenta*: quamvis hæc verba ſuſpecta aliquo modo mihi ſint, tanquam notata à gloſſatore quodam, & poſtea in textum Pomponii relata.

Manilianas. leges.

Compoſuit enim leges quaſdam de venalibus vendendis, quæ Manilianæ leges dictæ ſunt, ut conſtat ex Cicerone *libro* 1. *de Oratore c.* 58. *Nec quiſquam*, inquit, *eſt eorum qui ſi jam ſit addiſcendum ſibi aliquid, non Teucrum Pacuvii malit, quam Manilianas venalium vendendorum leges addiſcere.* Varro *lib.* 2. *de Re ruſtica cap.* 7. *actiones* vocat: *emptio*, inquit, *equina ſimilis fere ac boum, & aſinorum, quod eiſdem rebus in em-*

ptione dominum mutat: ut in Manilii actionibus ſunt perſcripta.

P. RUTILIUS RUFUS.

P. Rutilius Rufus ex nobili Rutiliorum familia ortus avunculus Cottæ fuit: *Cicero in Brut. cap.* 30; eum etiam avunculum ſuum Cotta appellat apud Ciceronem *lib. 2. de Natura Deorum.* Et patrem M. Rutilium habuit; auctore eodem Tullio in *Bruto.* Ejuſque adoleſcentiam ad opinionem & innocentiæ, & juris ſcientiæ P. Mutii commendavit domus; ut idem teſtatur *libro 2. Offic. cap.* 13. Eo adoleſcentulo in ſylva ſua facta cædes eſt, notique homines interfecti: cujus rei inſimulabatur familia, hacque de re atroci magnaque quærendi poteſtatem Senatus dedit P. Scipioni, & D. Bruto Conſulibus. Veruntamen Galba tanta gravitate, tantaque vi cauſam illam dixit, Rutilii rogatu, ut omnibus approbantibus familia liberata ſit, ut ſe ex eo audiiſſe Smyrnæ, ſcribit Cicero in *Bruto cap.* 22. Doctus autem vir fuit, & Græcis litteris eruditus, Panætii auditor, perfectus in Stoicis, quorum peracutum, & artis plenum orationis genus, ſed tamen exile, nec ſatis populari aſſenſioni accommodatum, imitatus eſt: ideoque ſummi Oratoris non habuit laudem; ſunt enim ejus orationes jeju-

ejunæ; eum tamen laudandum putat Cicero in *Bruto cap.* 30. quoniam per illum, ne hæc quidem in civitate genera, hac oratoria laude caruerunt. Magnum autem munus de jure reſpondendi in civitate ſuſtinebat, cujus reſponſorum apud auctores juris, quædam adhuc veſtigia ab iis laudata, & probata extant: Ulpianus enim *libro* XVII. *ad Sabinum in l. ſi habitatio* 10. §. 3. *D. de uſu & habitat.* ſcribit Celſum *lib.* 19. Digeſtorum ejus reſponſum probare, qui, cum quæreretur, utrum unius anni habitatio legata ſit, an uſque ad vitam? donec vivat, habitationem competere, reſpondit; & in *l. qui penum* 3. §. *ligna* 9. *D. de penu leg.* ligna & carbones, quæ non vendendi cauſa parata ſunt, penoris nomine contineri dixit; multiſque aliis in locis. Non ſolum autem juris civilis intelligentia præſtitit, ſed & rei militaris ſcientia: Tribunus enim militum fuit ſub Scipione, auctore Appiano *in Romana hiſtoria:* armorumque tractandorum meditatio ab eo militibus eſt tradita, & nullius ante ſe Imperatoris exemplum ſequutus, ex ludo C. Aurelii Scauri doctoribus gladiatorum accerſitis, vitandi atque inferendi ictus, ſubtiliorem rationem legibus ingeneravit, virtutemque arti, & artem rurſus virtuti miſcuit: ut illa impetu hujus fortior: hæc, illius ſcientia cautior fieret, ut ſcribit Valerius Maximus *lib.* 2. *cap.* 1. & ita ſevere rem

bellicam adminiſtravit, ut neceſſitudinis præruptis vinculis, vindictam ultionemque læſa diſciplinæ militaris, cum ignominia etiam domus ſuæ exigere non dubitaverit: eo enim bello quod in Sicilia cum fugitivis geſſit, Q. Fabium generum ſuum, quia negligentia Tauromitanam arcem amiſerat, provincia juſſit decedere, ut ex *eodem libro cap.* 2. colligere licet. Et Frontinus *libro* 2. ſcribit, eum in legione filium militem feciſſe, cum ſecundum leges in contubernio ſuo adhuc habere poſſet. Tribunoſque militum quos Conſul faciebat, ab eo *Rufulos* appellatos eſſe, ſcribunt Feſtus & Paulus *lib. de verb. ſignific.* in verbo *Rufuli*: quod de eorum jure legem tulerit, qua eis cavebatur multis modis: poſteaque mutata litera, *Rutuli* ſive *Rutili* dicti ſunt. Dignitates autem quas in Republica Rutilius obtinuit, hæ ſunt: Quæſtura ſcilicet: eum enim Q. Mutii Prætoris Quæſtorem fuiſſe, ſcribit Aſconius Pædianus in *divination.* Præturam etiam geſſit: & cum Prætor eſſet, eum primum edixiſſe ſcribit Ulpianus in *l.* 1. *D. de bon. libert.* ſe amplius non daturum patrono quam operarum & ſocietatis actionem: videlicet ſi hoc pepigiſſet, ut niſi ei obſequium præſtaret libertus, in ſocietatem admitteretur patronus, cum antea ſoliti eſſent patroni, à libertis duriſſimas exigere. Legatus etiam Q. Mucii proconſulis fuit, ut ex *Flori epitom. Liv. lib.* 70.

pa-

atet. Conſulatum præterea geſſit cum Cn. Mallio, ut eſt apud Valerium Maximum *lib.* 2. *cap.* 3. & ex antiquo lapide Puteolis reperto, quem Onuphrius affert, probatur: ex quo deprehenditur erratum in Julii Obſequentis libro, atque Caſſiodori in prodendis Conſulibus anni 649. quorum alter, P. Rutilium quidem ſcripſit: ſed C. Manilium corrupte ſubjungit; alter vero P. Atilium & Cornelium Manilium mendoſe Conſules ponit. Poſt conſulatum, Aſiam Proconſul provinciam obtinuit, teſte Pomponio *l. l.* 2. *§.* 40. *D. de orig. Jur.* Quapropter miror Carolum Sigonium in ſuis commentariis, ſe, quam Rutilius provinciam habuerit, fateri ignorare. Cæterum, quamvis Rutilius ſummos honorum gradus in Republica aſſequutus ſit, multas tamen repulſas tulit, ſicuti tribunatus plebis, ut apparet ex his verbis Ciceronis in Orat. *pro Plancio cap.* 21. *Sed quid ego ædilitias repulſas colligo? quæ ſæpe ejuſmodi habitæ ſunt, ut iis qui præteriti eſſent, benignè à populo factum videretur. Tribunus militum L. Philippus ſumma nobilitate, & eloquentia, Quæſtor Q. Cælius clariſſimus ac fortiſſimus adoleſcens: Tribuni pleb. P. Rutilius Rufus, C. Fimbria, C. Caſſius, Cn. Oreſtes facti non ſunt: quos tamen omnes Conſules factos ſcimus eſſe.* Conſulatus etiam repulſam tulit à M. Æmilio Scauro ſuperatus, & quod durius videtur, in ipſa re-

pulſa ab eodem M. Æmilio ambitus poſtulatus, quaſi turpi largitione ſuffragia populi, ad adipiſcendum conſulatum corrumpere tentaſſet. Ut autem inſtrueret Æmilius accuſationem, domum Rutilii venit, ejus tabulas, commentarios ſcilicet rerum quotidianarum reperit, judicibuſque quoddam caput oſtendit, in quo ſcriptæ inveniebantur hæ litteræ, A. F. P. R. eaſque ſic interpretabatur; quod id de quo accuſabatur *Actum* eſſet *fide P. Rutilii*; atque ex eo colligebat, hujus largitionis auctorem fuiſſe Rutilium: Rutilius autem has explicabat *Ante factum, poſt relatum.* Cajus vero Cannius Eques Romanus, qui Rutilio Rufo aderat patronus, exclamat, neutrum illis litteris declarari. Quid ergo? inquit Æmilius Scaurus; reſpondet Cannius, *Æmilius fecit, plectitur Rutilius.* i. Æmilius largitionibus corrupit ſuffragia: Rutilius vero ejus criminis, cujus Scaurus ſons eſt, accuſatur. Hæc traduntur à Cicerone *lib. 2. de Oratore cap. 69.* Rutilius quidem falsò hoc crimine à Scauro inſectatus eſt; Vellejus enim Paterculus *lib. 2. cap. 13.* *eum non ſeculi ſui, ſed omnis ævi optimum* appellat. Tandem ſumma illa innocentia, & integritas, maliciosis accuſatorum calumniis oppreſſa, & obruta eſt; ſic enim Florus *epitom. Liv. lib. lxx.* de eo loquitur: *P. Rutilius vir ſummæ innocentiæ, quoniam Legatus Q. Mucii*
Prò-

Proconſulis, à publicanorum injuriis Aſiam defenderat, inviſus Equeſtri ordini, penes quem judicia erant, repetundarum damnatus, in exilium miſſus eſt. Hunc autem legibus pulſum, Smyrnæos non ſolum tanquam exulem recepiſſe: ſed etiam civem ſibi addidiſſe, ſcribit Tacitus *lib.* 4. *Annalium cap.* 43. tantum valet apud exteras etiam gentes, amor virtutis, quæ in adverſa fortuna, in Rutilio maxime effulſit: namque ut Valerius Maximus ſcribit *libro 6. cap.* 4. cum *magis ordinum diſſenſione, quam ulla culpa ſua, reus factus* eſſet; *nec obſoletam veſtem induit, nec inſignia Senatoris depoſuit, nec ſupplices ad genua judicum manus tetendit, nec dixit quicquam ſplendore præteritorum annorum humilius: effecitque ut periculum illud, non impedimentum gravitatis ejus eſſet, ſed experimentum: atque etiam cum ei reditum in patriam Syllana victoria præſtaret, in exilio, ne quid adverſum leges faceret, remanſit*; atque id quod tunc reſpondit, conſtantiæ, gravitatiſque ſuæ maximum teſtimonium præbet: *Malo*, inquit, *ut patria exilii mei erubeſcat, quam reditu mœreat*, ut ſcribit Seneca *libro 6. de Beneficiis cap.* 37. Ita enim patriam dilexit, ut in illa Saturnini ſeditione pro ſalute communi, eum arma cepiſſe tradat Cicero in *Orat. pro C. Rabirio* perduellionis reo. Non ſolum autem facta Rutilii, ſed etiam dicta laude digna cenſentur:

quorum hoc præclariſſimum refert Valerius dicto loco. *Cum amici cujuſdam injuſtæ rogationi reſiſteret, atque is per ſummam indignationem dixiſſet: Quid ergo mihi opus eſt amicitia tua, ſi quod rogo non facis? reſpondit: imò quid mihi tua, ſi propter te aliquid inhoneſtè facturus ſim?* Fuit porrò Rutilius rufi coloris. *Rutilius* enim apud Feſtum, *rufum*, ſignificat: atque ideo, ut ab aliis Rutiliis diſcerneretur, à colore ſuo rufo, *Rufi* nomen inditum ei exiſtimo. Librorum autem ab eo editorum hæc reſtant veſtigia,

Historia. rerum. Romanarum.

auctore Athenæo *libro 6.* δειπνοσοφιστῶν *cap. ult.* *vel rerum ſuo tempore geſtarum.* Suidas *in verb.* Ῥουτίλιος: τὰ τότε φθάσαντα γενέσθαι.

De. vita. sua. libri.

incerti: numerus enim non legitur. compoſuit etiam *orationes permultas*, inter alias,

De. modo. ædificiorum.

quæ poſtea ab Auguſto Senatui recitata eſt; & ab eo, populo edicto propoſita, teſte Suetonio *in Auguſt. c.* 89.

C. AQUILIUS GALLUS.

C. Aquilius Gallus patrem habuit M. Aquilium Gallum, quem Conſulem cum C. Mario fuiſſe tradit Caſſiodorus in *Chronicis*, bellumque ſervile in Sicilia concitatum confe-

ciſſe Florus ſcribit *epit. Liv. lxix.* Auditor
Iutii fuit, teſte Pomponio in *d. l.* 2. §. 42.
praeceptor Servii Sulpitii eodem auctore §.
3. qui juris diſcendi cauſa, Servium Balbo
ucilio, & Gallo Aquilio operam dediſſe ſcri-
it; inſtructum autem maximè à Gallo Aqui-
o fuiſſe: ex quo tamen, aut eum rei veritatem
gnoraſſe, aut verba ejus corrupta, neceſſariò
idicamus ex Cicerone in *Dial. de claris Ora-
ribus cap.* 42. qui non juris civilis diſcendi,
d dicendi, i. e. artis oratoriæ gratia, Servium
allo Aquilio, & Balbo Lucilio operam de-
iſſe tradit. *Cumque dicendi cauſa*, inquit, de
ervio loquens, *duobus peritiſſimis operam de-
iſſet, L. Lucilio Balbo, C. Aquilio Gallo,
alli hominis acuti, & exercitati promptam &
aratam in agendo, & in reſpondendo celerita-
m, ſubtilitate diligentiaque ſuperavit: Balbi
octi, & eruditi hominis, in utraque re conſide-
atam tarditatem vicit expediendis conficiendiſ-
ue rebus: ſic & habet, quod uterque eorum ha-
uit, & explevit, quod utrique defuit.* Verùm
æc ignoraſſe Pomponium quis credet? Rectius
aque ſentiemus, ſi ſuperiora verba Pomponii,
ypographorum inſcitia tranſpoſita, ſuo loco
eddantur, & his verbis conjungantur, ut ita
egendum ſit: *Servius autem qui cum in cauſis
randis primum locum, aut certe poſt M. Tullium
btineret, inſtitutus à Balbo Lucilio: inſtructus
au-*

autem maximè à Gallo Aquilio fuit Cercinæ. Itaque libri complures ejus extant Cercinæ confecti traditur ad conſulendum Q. Mutium de re amic ſui perveniſſe, &c. Cæterùm, Gallus Aquiliu tantæ fuit apud Romanos auctoritatis, ut Cic in *Orat. pro A. Cœcinna cap.* 27. in illius lau dem hæc verba populo Romano dicere no dubitaverit: *vereor de tali viro ne plus dicam quàm vos aut ſentiatis, aut commemorari veliti apud vos. quapropter hoc dicam, nunquam eju auctoritatem nimium valere, cujus prudentian Pop. Rom. in cavendo, non in decipiendo per ſpexerit: qui juris civilis rationem nunquam a æquitate ſejunxerit: qui tot annos ingenium laborem, fidem ſuam Pop. Rom. promptam, expoſitamque præbuerit: qui ita juſtus & bonu vir eſt, ut naturâ non diſciplinâ conſultus eſſe videatur: ita peritus ac prudens, ut ex jure civili non ſcientia ſolum quædam, verum etian bonitas nata videatur: cujus tantum eſt ingenium, ita prompta fides, ut quidquid inde haurias, purum, liquidumque te haurire ſentias.* Maximæ denique integritatis Galli, & in judicando religionis exemplum memorandum affert Valerius Maximus *lib.* 8. *cap.* 2. *Cajus*, inquit, *Viſellius Varro gravi morbo correptus, trecenta millia nummûm ab Octacilia Laterenſi, cum qua commercium libidinis habuerat, expenſa ferri ſibi paſſus eſt, eo conſilio, ut ſi deceſſiſſet, ab he-*

*eredibus eam ſummam peteret; quam, legati
enus eſſe voluit, libidinoſam liberalitatem debiti
omine colorando. Evaſit deinde Viſellius ex
la tempeſtate, adverſus vota Octaciliæ. quæ
fenſa, quod ſpem prædæ ſuæ morte non matu-
ſſet; ex amica obſequenti, ſubito diſtrictam
eneratricem agere cœpit, nummos petendo;
uos ut fronte inverecunda, ita inani ſtipulatione
ptaverat. De quare C. Aquilius, vir magnæ
uctoritatis, & ſcientia juris civilis excellens,
dex adductus, adhibitis in conſilium princi-
ibus civitatis, prudentia & religione ſua mu-
erem reppulit. Quod ſi eadem formula & Var-
damnari, & adverſaria abſolvi potuiſſet; ejus
uoque non dubito, quin turpem & inconceſſum
rorem libenter caſtigaturus fuerit, nunc priva-
e actionis calumniam ipſe compeſcuit, adulterii
imen publicæ quæſtioni judicandum reliquit.*
dex etiam fuit in cauſa P. Quintii, quem
icero contra Q. Hortenſium accuſatorem de-
ndebat: ex cujus orationis *cap.* 4. maximam
quilio, cum Scapulis omnibus, fuiſſe neceſ-
tudinem colligimus: P. etiam Quintium Sca-
ulam, cum apud Aquilium Gallum cœnaret,
orte repentina obiiſſe, auctor eſt Plinius *Na-
ur. Hiſt. lib.* 7. *cap.* 53. Caii itaque Aquiliiin ca-
endó, non in decipiendo prudentiam perſpe-
iſſe populum Romanum facilè demonſtrant
rmulæ illæ, quas *de dolo malo* compoſuit,
quas

quas Tullius *lib.* 3 *de Nat. Deor. cap.* 30. voca
everriculum maliciarum omnium. Multa auten
alia in jure civili nequaquam ſuis temporibu
explorate cognita, & percepta illuſtravit, in
duxit, & explicavit: cùm enim antea dubitare
tur, an in venditione, ruta & cæſa continerен
tur; aſſeruit fruſtra in lege venditionis, d
rutis & cæſis contineri, quia ſi non ſpecialite
venierint, ad exhibendum de his agi poſſit, u
ex Mela refert Ulpianus *lib.* 32. *ad edictum* i
l. fundi. 17. *§. Si ruta 6. D. de act. empti.* E
cum nondum eſſet definitum, an de ſervitut
quæ oneris ferendi cauſa impoſita erat acti
competeret, ut & onera ferat, & ædificia refi
ciat ad eum modum qui ſervituti impoſitus eſ
Ulpianus in *l. etſi forte 6. §. etiam de ſervitut*
2. *D. ſi ſervit. vindicetur.* ait Gallum exiſtimat
ſe, non poſſe ita ſervitutem imponi, ut qui
facere aliquid cogeretur. Formulam etiam pro
tulit, qua, ut Scævola ſcribit in *l. Gallus* 2
D. de liber. & poſt. heredes inſtitui poſſer
poſtumi, qui aliorum Juriſconſultorum opi
nione *alieni* dicebantur; quorum loquendi mo
rem retinuiſſe videtur Paulus in *l. pen. D. a*
legat. 1. quos tamen non omninò alienos ipſ
exiſtimavit: cujus formulæ meminit Africanu
in *l. ſi mater* 33. § 1. *D. de vulg. & pup. ſubſ*
Stipulationes etiam inſtituit ad liberandum a
commodatas, quæ *Aquilianæ* vocitatæ ſunt

qua

quarumque ſolemnia verba expreſſit Florentinus in *l. & uno* 18. §. 1. *D. de acceptilat.* & Juſtinianus in §. 1. *verſ. quo genere. Tit. quibus mod. toll. obligat. in Inſtitut.* per quas, obligationes eæ tantum quæ ex verbis conſiſtunt tolli poſſunt. Multa alia de jure cavit, reſponditque, quæ luce tanti auctoris egebant, quorum floſculi quidam agnoſcuntur in *l. talis ſcriptura* 30. *§. ult. D. de legat.* 1. in *l. pediculis* 32. *§.* 1. *D. de auro & argento leg.* Cæterùm præturam exercuit Aquilius, in qua collegam habuit M. Tullium Ciceronem, ut ipſe auctor eſt in *Top.* atque in hac prætura quo tempore apud Ciceronem de pecuniis repetundis quærebatur, apud C. Aquilium, cauſam de ambitu dictam legimus in *orat. pro Cluentio c.* 53. quæ res etiam nos admonet, eos amicitia & familiaritate invicem conjunctos fuiſſe, & familiarem ſuum Cicero eum vocat *lib.* 3. *de Natura Deor. cap.* 30. Habuit autem domum pulcherrimam, conſenſu omnium qui ætate ea vixerunt, ut ſcribit P. Victor in *libello de urbis Romæ regionibus, & loc.* ita ut ex ea clariorem, quàm ex juris civilis ſcientia Aquilium evaſiſſe Plinius *lib.* 17. *cap.* 1. dicere non dubitaverit. Præterea quidam exiſtimant C. Aquilium Gallum, eum eſſe quo Tribuno plebis rogante Aquiliam legem latam Ulpianus ſcribit in *l.* 1. *D. ad leg. Aquil.* ſed quàm abſonum hoc ſit, manifeſtò ap-

apparet. Primum quod Juriſconſultus noſter Tribunus plebis nunquam fuerit: deinde quo hanc legem ante Gallum Aquilium latam eſ conſtet, ex eo quod Q. Mutius Scævola eju mentionem faciat in *l. Quintus Mutius* 39. & Brutus in *l.* 27. *§. ſi mulier* 22. *D. ad leg. Aqui* quos quidem Gallo Aquilio antiquiores fuiſ certiſſimum eſt, ex his quæ ſupra ſcripſimu Equitem quidem Aquilium noſtrum fuiſſe col ligitur ex Plinio *d. cap.* 1. *lib.* 17. Gallum etiar filium ſumma virtute præditum habuit Aqu lius, qui patre adhuc ſuperſtite vita functus eſ ut teſtatur Tullius *libro* 4. *famil. epiſtol.* 6. a Servium ſcribens.

CAJUS JUVENTIUS.

IS eſt fortaſſe Juventius, cujus meminit Ul pianus in *l. plenum* 12. *§.* 1. *D. de uſu & ha bitat.* quem Pomponius in *l.* 2. *§.* 42. *D. d orig. Jur.* ſcribit inter Q. Mutii auditores præ cipuæ fuiſſe auctoritatis. Neſcio an filius ſi M. illius Juventii, qui cum Tiberio Gracch II. Conſul apud Obſequentem in *libello de pro digiis*, & apud Caſſiodorum in *Chronicis* com memoratur. Eum quidem eſſe puto, quem T Juventium vocat Cicero *in Bruto cap.* 48. qu nimis quidem in dicendo, & pœne frigidus ſed & callidus & in capiendo adverſario ve

ſutus

ſutus: præterea nec indoctus, & magna cum juris civilis intelligentia ab eo deſcribitur. Hujus auditor fuit Servius Sulpitius.

SERVIUS SULPITIUS.

SErvius Sulpitius Rufus Q. filius fuit, & Lemoniæ tribus. *Lemonia* enim vocatur à Cicerone *Philipp. X. cap. ult.* vulgatumque eſt, antiquos perſæpe à tribubus denominari. *Neminem* autem *plus ſtudii quam illum, & ad dicendum, & ad omnes bonarum rerum diſciplinas adhibuiſſe*, ſcribit Cicero *in Bruto cap.* 41. In iiſdem enim exercitationibus ineunte ætate ambo fuerunt, & poſtea Rhodum unâ profecti ſunt. *Servius* quidem *quo melior eſſet, & doctior: qui tamen ut rediit, in ſecunda arte primus eſſe maluit, quam in prima ſecundus: atque haud ſcio an par principibus eſſe potuiſſet: ſed fortaſſe maluit (id quod eſt adeptus) longe omnium non ejuſdem modo ætatis, ſed eorum etiam qui fuiſſent in jure civili eſſe* princeps. Quod certe nomen à multis ei tribuitur, & maxime à Quintiliano, qui eum *antiſtitem juris* appellat *lib.* XI. *cap.* I. *inſtitut. orator.* Quamobrem ejus auctoritas, multa in jure nova introduxit. Paulus enim in *l. Mutius* 30. *D. pro Socio.* auctorem facit Servium in notis Mutii hujus regulæ: *Non poſſe ita ſocietatem contrahi, ut aliam damni, aliam lucri*

partem ſocius ferat. Eumque in libro quen compoſuit de dotibus ſcripſiſſe tradit Gelliu *lib. 4. cap. 3. Tum primum cautiones rei uxori necesſarias eſſe viſas, cum Sp. Carbilius, cui Ru ga cognomentum fuit, vir nobilis divortium cum uxore fecit; quia liberi ex ea corporis vitio no gignerentur.* Fuit etiam olim inter Q. Mutiun & Servium Sulpitium diſceptatio non parva ſi duo inter ſe pacti ſint, ut ad unum lucri dua partes pertineant, damni tertia: exiſtimant Mutio, contra naturam eſſe hujuſmodi pactio nem, Servii ſententiam prævaluiſſe refert Juſti nianus in *§. de illa 2. Tit. de Societ. in Inſt.* Noi ita tamen cum eo diſceptabat de jure, ut ſib primas partes deberi exiſtimaret: neque in ean opinionem adduxerunt illum commendatione Ciceronis illuſtres, qui eum *Juriſconſultorum principem* vocat, Quintoque Scævolæ etian anteponit, quod juris civilis quidem magnun uſum & apud Scævolam & apud multos fuiſſ fateatur, artem vero tantum in hoc uno affir met. Nunquam tamen ad Q. Mutium conſu lendi cauſa accedere recuſavit: traditur enin à Pomponio in *d. l. 2. §. 43. de orig. jur.* a conſulendum Q. Mutium de re amici ſui Ser vium aliquando perveniſſe, cumque eum d Jure reſpondentem parum intellexiſſet & ite rum Quintum interrogaſſet & à Quinto re ſponſum eſſet, nec tamen percepiſſet, objur

ga

gatum à Q. Mutio: namque eum dixiſſe: *turpe eſſe patricio & nobili viro cauſas oranti, jus in quo verſaretur, ignorare:* eaque velut contumelia Servium tactum operam dediſſe juri civili. Atque hanc ita dedit, ut non ſolum urbanam orandi militiam, ſed etiam reſpondendi, ſcribendi, cavendi plenam ſolicitudinis ac ſtomachi ſequutus ſit, jus civile didicerit, & ita in eo laboraverit, ut vixerit ad aliorum arbitrium, non ad ſuum, auctore Cicerone in *Orat. pro Muræna.* Neque tamen hanc perfectam juris civilis cognitionem adeptus fuiſſet, niſi attuliſſet artem eam, quæ Dialectica appellatur, omnium artium maximam, quaſi lucem ad ea quæ confuſe ab aliis, aut reſpondebantur, aut agebantur. Cæterum Servius Sulpitius non tantum omni præcellenti doctrina, ſed etiam honoribus ampliſſimis claruit: quæſturam enim unâ cum L. Muræna obtinuit. Prætor etiam renunciatus eſt: ſed prætura ejus triſtis, & atrox: ex altera parte lachrimarum & ſqualloris, ex altera plena catenarum, atque indicum, ſcriba in ea damnatus, ordo totus alienus, Syllana gratificatio reprehenſa, multi viri fortes, & prope pars civitatis offenſa eſt, lites denique ſeverè æſtimatæ. Poſt præturam autem exemplum Ciceronis ſequutus, in Provinciam ire noluit. Poſtremo conſulatum cum L. Muræna L. Murænæ filio petiit, in qua petitione cum ab eo victus eſſet,

Muræenam Conſulem deſignatum, ambitus poſtulavit, qui tamen à Cicerone Conſule defenſus hac pulcherrima oratione, quæ extat hujus criminis omnibus ſententiis abſolutus eſt. In qua defenſione Quintilianus *lib.* XI. *cap.* I. *Inſtit. orator.* ſcribit duas Ciceroni obſtitiſſe perſonas, Marci Catonis, Serviique Sulpitii. Sed Sulpitio decenter cum ipſe omnes conceſſiſſet virtutes, ſcientiam petendi conſulatus ademiſſe. Conſulem tamen poſtea fuiſſe cum M. Marcello, M. Catone repulſam ferente, ſcribunt Florus in *epitome Liviana lib.* 108. Dio, Plutarchus, Caſſiodorus, multique alii: hujuſque conſulatu bellum civile inter Cæſarem & Pompejum ortum eſt. Ideoque Valerium Maximum *lib.* I. *cap.* 7. mendoſum eſſe puto: *Præcipuæ enim*, inquit, *admirationis etiam illa prodigia, quæ P. Volumnio & Servio Sulpitio Coſſ. in urbe noſtra, inter initia motuſque bellorum acciderunt*, reponendumque eſt, *M. Marcello & Servio Sulpitio Coſſ.* Quamvis autem naſcente hoc bello civili Cæſaris partibus faverit, ejuſque dignitatem in Senatu contra Collegam Marcellum defenderit, auctore Suetonio Tranquillo in *vita Cæſaris cap.* XXIX. & contentiones magnas inter Coſſ. de ſucceſſore C. Cæſari mittendo fuiſſe ſcripſerit Florus *dicta epitome* CVIII. Ejus tamen conſilia ad concordiam ſpectaſſe certum eſt, Senatumque ac-

accuratiſſimè monuiſſe, collectis omnibus bellis civilibus, ut & illa timerent, quæ meminiſſent: & ſcirent, cum ſuperiores nullo tali exemplo antea in Repub. cognito, tam crudeles fuiſſent; quicunque poſtea Rempublicam oppreſſiſſet armis, multo intolerabiliorem futurum teſtatur Cicero *lib.* 4 *ad familiares epiſt.* 3. Anno ante conſulatum interrex fuit: quo interrege, Conſulem ſine collega Cn. Pompejum ex Senatus ſententia creatum, Plutarchus ſcribit in *Pompeii vita.* Interfecto denique Cæſare, ad M. Antonium bello imminente ex Senatuſconſulto miſſus legatus eſt cum L. Philippo & L. Piſone: quam legationem, licet gravi valetudine premeretur, non recuſaſſe Tullius refert *Philipp.* IX. *cap.* I. neque illum vim hyemis non nivem, non longitudinem itineris, non aſperitatem viarum, nec morbum ingraveſcentem retardaſſe. Cum tamen jam ad congreſſum, colloquiumque perveniſſet, in ipſa meditatione obeundi ſui muneris, mortuus eſt. Publius quidem Servilius ſepulchrum illi publicè decernendum, honorem verò ſtatuæ tribuendum non cenſebat legatis niſi qui ferro eſſent in legatione interfecti: cui M. Tullius reſpondit, cenſuitque (*cap. ult.*) Servio Sulpitio ſtatuam pedeſtrem æneam in Roſtris ex Senatus ſententia locandam, circumque eam, locum gladiatoribus, ludiſque liberos poſteroſque

què ejus, quaque verſus pedes quinque habere, cauſamque in baſi inſcribendam, quod is ob Rempublicam mortem obierit. Quod fecit populus Romanus: ſtatuam enim Servii Sulpitii pro Roſtris poſuiſſe eum ſcribit Pomponius dicta *lege* 2 § 43. Hi ſunt itaque honoris gradus, qui Sulpitium & vivum & mortuum honeſtavere. Qua in re mirabilis ejus virtus & induſtria apparet, qui cum equitis Romani eſſet filius, ſumma tamen amplitudine à populo Romano dignus judicatus eſt: quamvis enim nobilis vocetur à Quintiliano dicto *lib* XI. *cap.* 1. & à Pomponio dicta *l.* 2 *ejus tamen nobilitas*, ait Cicero *in orat. pro Muræn. c.* 7. *hominibus literatis & hiſtoricis erat notior: populo vero, & ſuffragantibus obſcurior. Pater enim fuit equeſtri loco, avus nulla illuſtri laude celebratus.* Miror itaque Pomponium patritium eum vocaſſe, cum tantum equeſtris ordinis fuerit. Patritii autem erant tantum vel Senatores vel ſenatorii, & equites inter plebeios numerabantur. Theophil. *Tit.* 2. *inſtitut* § 4. Sed ut hic nodus diſſolvatur, dicendum puto, Servi liam gentem patritiam ab initio fuiſſe: plebejam autem progreſſu temporis factam: ideoque Cicero pro *Muræna dict. cap.* 7. Servio Sulpitio dixit, *ex annalium vetuſtate eruendam eſſe memoriam nobilitatis ſuæ*, eamque hominibus hiſtoricis notiorem, populo verò obſcuriorem

Sul

ſulpitium denique in antiquum gentis ſuæ honorem rediiſſe. Hoc enim antiquitus Romæ fiebat, ſicuti de gente Octavia Suetonius Tranquillus in Auguſto *cap.* 2. ſcribit: *Ea gens*, inquit, *à Tarquinio Priſco rege inter minores gentes allecta in Senatum, mox à Servio Tullio in patritias transducta, procedente tempore ad plebem ſe tranſtulit, ac rurſus magna vi per Divum Julium in patritiatum rediit*; in perſona ſcilicet patris Auguſti, cui patritiatum, veterem familiæ ſuæ dignitatem reſtituere fecit Julius Cæſar, ut ex eodem auctoris capite colligimus. Permultos etiam patritios in plebeias tranſiſſe familias, vel voluntate, vel adoptione teſtantur auctores; quod *è patritiis exire* vocat Cicero in *orat. pro domo ſua.* Nunquam autem patritios, equites peditesque fuiſſe, cum Gruchio in *libro de comitiis Romanorum* exiſtimabo: quamvis hoc exemplo Servii Sulpitii probare velit, locumque Livii ex *lib.* 3. *cap.* 27. afferat de pedite patritio ut ipſi videtur: *Magiſtrum equitum*, inquit Livius, *dicit L. Tarquitium patritiæ gentis, ſed qui cum ſtipendia pedibus propter paupertatem feciſſet &c.* non animadvertit vir eruditus verba Livii, ſententiam ſuam impugnare. Tarquitium enim Livius patritiæ gentis eſſe dicit, ſed non Patritium: rationem autem tacite videtur dare, quia ſtipendia pedibus propter paupertatem fecerat,

atque ita in plebem tranſierat: aliud enim eſt *patritium eſſe*, aliud *ex patritia gente*. P. Clodius ex Claudia patritia gente in tribunatu erat: ſed quis patritium eum tunc fuiſſe, audebit aſſerere? Non ſolum autem ſtipendia pedibus facere plebeium erat, ſed etiam patritiis, & nobilioribus viris, militiæ munere fungi inter pedites, ignominiæ nota quædam erat, & pro pœna dabatur, ut apparet ex Valerio Maximo *lib. 2 cap. 7. jam C.* inquit, *Cotta P. Aurelium Pecuniolam, ſanguine ſibi junctum, quem obſidioni Liparitanæ ad auſpicia repetenda Meſſanam tranſiturus præfecerat, virgis cæſum gregalis militiæ munere inter pedites fungi coëgit: quod ejus culpa agger incenſus, & penè caſtra fuerant capta.* Servius itaque Sulpitius patritiam dignitatem in familia ſua quaſi intermortuam virtute ſua renovavit, uxoremque habuit Poſtumiam, quam C Julium Cæſarem corrupiſſe ſcribit Suetonius in ejus vita *cap.* 50. filiumque ex ea Sulpitium, cujus ſæpè meminit Cicero in *epiſt* & Feſtus in verbo *Municipes*: quem quidem magiſtratus geſſiſſe ex eo conjicio, quod ſcribit idem Feſtus in verbo *ſiſus* legem Rivaliciam latam eſſe rogante populum Servio Sulpitio Servii filio Rufo. Cæterùm multi ab eo tanquam ex officina juriſprudentiæ profecerunt. Nominat enim Pomponius in *l. 2. D. de orig. jur. §. 44.* Alphenum Varum, Cajum Aulum Ofi-

)ſilium, Titum Cæſium, Aufidium Tuccam, ufidium Namuſam, Flavium Priſcum, C. teium Pacuvium, Labeonem Antiſtium La-eonis Antiſtii patrem, Cinnam, Publicium ellium. Servii quoque auditorum meminit avolenus in *l. cum ſcriptum* 6. *de dote præleg* in *l. quæſitum* 12. *princ. de inſtr. vel inſtrum* *g.* Eum autem centum prope & octoginta ibros reliquiſſe teſtatur Pomponius dicta *l.* 2. . 43 eoſque complevit ſcriptis & lucubra-ionibus auditorum Q. Mutii Scævolæ. Scri-ſit tamen

In. Scævolam. notas.

uctore Paulo in *lege Mutius* 30. *D. pro ſocio:* uas, *reprehenſa Scævolæ capita* vocat Gellius *ib.* 4. *cap.* 1. ſcripſit etiam

De. dotibus. librum. singularem.

uctore eodem Gellio *libro* 4. *cap.* 4. & Nera-tio *lib.* 2. *Membranarum* in *l.* 8. *D. de condict. auſ. data*, &c.

De. testamentis. libros. duos.

ſecundus enim citatur à Gellio *lib.* 6. *cap.* 12. niſi eo in loco legere malis, *de deteſtandis ſacris*, quemadmodum legendum putat Joſephus Sca-liger in *annot. in Feſtum. in voce, puri.*

Extat præterea præclarum Servii reſponſum apud Paulum in *l. Nam & Servius* 21. *D. de negot. geſt.* relatum ab Alpheno ejus auditore *lib.* xxxix. *Digeſt.* de tribus Luſitanis, quorum

unus ea conditione miſſus, ut pecuniam pro tri bus afferret, & niſi rediiſſet, ut duo pro eo quoque pecuniam darent, iſque reverti noluiſſet & ob hanc cauſam illi pro tertio quoque pecuniam ſolviſſent; æquum eſſe, Prætorem in eum reddere judicium. Quare opinor vel Servium *libros reſponſorum* ſcripſiſſe, vel *reſponſa Servi* ab Alpheno collecta eſſe. quod etiam facile conjici poteſt ex *l. 65. item ſcriptum eſt.* 8. *D. pro ſocio.* ſicut & ab Aufidio in *l. cum duobus* 52. *§ fin. D. pro ſocio*, & ab Atteio *in l. 79. D. de jur. dot.* Fit etiam mentio frequens reſponſorum Servi à juris auctoribus, ut à Pomponio in *l.* 57. *D. de legat.* 111. & ab Ulpiano in *l.* 58. *D. eod.* dictio enim illa *reſcriptum eſt*, de reſponſo Servii interpretanda eſt ex *l.* 4. *D. de auro & arg. leg.* ut recte notavit Cujacius *lib.* 12. *obſervat. cap.* 8.

AD EDICTUM. LIB. DUOS.

quos ad Brutum ſcripſit, eoſque perquam breviſſimos fuiſſe teſtatur Pomponius dicta *l.* 2 *D. de orig. Jur § ab hoc.* 44. Sic & Julianum librum ad edictum brevi libello complexum eſſe ſcribit Juſtinianus in *Orat. ad magnum Senatum de confirm. Digeſt.* Ad hos autem referenda ſunt illa quæ ex Servio *lib.* 1. *ad Brutum* recenſet Ulpianus *lib.* 28. *ad edict.* in *l.* 5 *D. de inſtit. act.*

Complures etiam alios libros Servius ſcripſit,

quos

ıos *Cercinæ* confectos teſtatur idem Pompo-
ıus loco ſupra citato, quæ quidem eſt inſula
icıliæ proxima: ſed hos ad jus civile non ſpe-
aſſe, certum eſt ex his quæ diximus *in Gallo*
'quilio. Juri enim civili Servius non dedit
peram, niſi poſtquam ex Athenis, Rhodo
: Cercina Romam reverſus eſt. Zaſius ſcribit
brum à Servio compoſitum.

De. claris. Jurisconsultis.

ʒellius *lib. 2. cap.* 10. teſtatur eum conſuluiſſe
ʌ. Varronem, quæ ſignificatio verbi *faviſſæ* in
ıre cenſorio eſſet.

Interpretationem. ad. xii. tabulas
didit: quod ex *l. 237. D. de verb. ſignif.* colligi-
ur, ſi cum ejus inſcriptione conferatur: conſtat
tiam illud ex variis locis Feſti, apud quem le-
gimus Servium Sulpitium hæc verba xii. tab.
edem ſtruit, interpretatum eſſe, *fugit*, ſic &
llam legem: *Sanatibus idem quod fortibus eſto*
uris, & illam: *Si vindiciam falſam tulit.*

C. AULUS OFILIUS.

Audivi quoſdam exiſtimantes in *l. 2. §. 44. D. de orig. Jur.* in auditorum Servii enumeratione *Alphenus Varus*, *Cajus*, *Aulus Ofilius*, dictionem *Cajus* delendam eſſe, quod neſcirent quis eſſet hic Juriſconſultus: tum etiam hac ratione moti, quia ſi Cajus inter illos

los admitteretur, undecim reperirentur, no decem, ut vult Pomponius. Ridiculam tame eorum opinionem ſemper putavi, donec pro diit in lucem Jacobi Cujacii commentarius i dictam legem ſecundam, in quo idem ab e probatum legi. Illius enim viri auctoritas quæ plurimum apud me in Juriſconſultorur interpretatione valet, ut attentius hæc conſi derarem, fecit: nihil tamen inveni, quod m ad rejiciendam hanc dictionem impelleret quinimo retinendam neceſſario judicavi, ex puncta tamen virgula illa, quæ poſt Cajum po nitur: ita ut *Cajus* non ſit hoc in loco Juriſcon ſultus, ſed prænomen Auli Ofilii, atque ho modo legatur, *Cajus Aulus Ofilius.* Sicque i Pandectis Gregorii Haloandri ſcriptum eſt Licet enim *Aulus* prænomen ſæpiſſime ſit, ali quando tamen pro nomine familiæ uſurpatur eodem modo quo *Paulus*, & ut legitur in *epi tome lib.* 10. *Valerii Maximi* per *C. Titun Probum* facta, multa quæ olim prænomina fue runt, cognomina poſtea facta ſunt: ſicut in ipſ Tito Probo obſervatur. Nam Titi nomen quod alii pro prænomine habent, ipſi cogno men eſt. Servii autem diſcipulus fuit Ofilius & Cæſari familiaris, eumque in equeſtri ordin perſeveraſſe ſcribit Pomponius *d. l.* 2. *D. d orig. jur.* inter diſcipulos Servii plurimum au ctoritatis habuit: eodemque tempore quo Tre

ba

itius & Caſcellius vixit: ſed Ofilius utroque
oćtior fuit. Reliquit autem libros de jure
vili plurimos, qui omnem partem operis fun-
arent.

De. legibus. vicesimæ.

e quibus eum primum conſcripſiſſe teſtatur
omponius *d. l.* 2. De *viceſima* autem *here-
tatum*, has leges interpretandas ſupra in
Æmilio Macro diximus, quæ *ad legata* etiam
ferri debent, ut ex Dione patet *lib.* 55. τ̀ εἰκοςὴν
ε κλήρων, καὶ τ̃ δωρεῶν ἃς ἂν οἱ τελευτῶντές τισι, &c.

De. Jurisdictione.

Ad. Edictum. prætoris.

l quod primum eum diligenter ſcripſiſſe tra-
t Pomponius. nam ante eum Servius duos
rquam breviſſimos libros ediderat. Apparet
iam Ofilium ad edićtum prætoris ſcripſiſſe
Ulpiano in *l.* 1. *D. ne quis eum qui in jus vo-
t. eſt.*

Libros. actionum.

quos referri debent quæ ex *l. in cauſæ cognit.*
§. 1. *D. de minor.* 25. *annis* in *l. item ſi obſtetrix*
§. 3. *D. ad leg. Aquil.* & in *l.* 1. § 9. *D. de exer-
. act.* liber aćtionum XV. & XVI. citatur in *l.
i penum* 3. § 5. & 8. *D. de penu leg.*

Ad. Atticum.

miliarem ſcilicet illum Ciceronis, ad quem
uſdem extant tot epiſtolæ ſcriptæ. Ad Atti-
m autem ſcripſiſſe colligitur ex *l. quos nos*

234.

234 §. 2. *D. de verb. ſignific.* Ex qua intelli
poteſt verborum proprietati anxie eum ſt
duiſſe. Ex quo genere ſunt illa, quæ de tu
gurii appellatione referuntur in *l. tugurii* 18
§. 1. *eod. tit.*

JURIS PARTITI. LIB. V.

Ex libro quinto deſumpta ſunt quæ ex Ofil
Ulpianus tradit in *l. ligni* 55. §. *ſi lignum* 7.
de legat 3. de carbonum appellatione, cujus t
men nomen omiſſum eſt in *l. carbonum* 167.
de verb ſignif. ſed ab eodem Ofilio deſump
eſt. nam hæ ambæ leges ſunt Ulpiani ex *li*
viceſimo quinto ad Sabinum.

Sunt ex aliis ejus ſcriptis in Pandectarum
bris, diſperſa quædam velut ſemina ſuæ erud
tionis, qua lucem attulit iis rebus, quæ obſcu
& confuſe ab aliis dicebantur in *l.* 2. §. *ſi navis*
ad legem Rhodiam de jactu in *l.* 1. §. *ſed etſi*
D de aqua pluvia arcenda l. Julianus 40. §
D. de manumiſſ. teſtam. l. 1. §. 3. *D. de acqu*
vel omitt. poſſeſſ. in multis denique aliis Pand
ctarum capitibus, quæ enumerare nimis lo
gum eſſet. Cæterum Marcus Tullius *lib.* 7.
famil. epiſtola 21. ait, Ofilium exiſtimaſſe
bulas teſtamenti non eſſe eas, quas inſtituiſſe
qui factionem teſtamenti non habuerit.

AUFIDIUS NAMUSA.

AUfidius Namuſa inter decem Servii diſcipulos numeratur à Pomponio in *d. l. 2. §. 4. D. de orig. jur.* ex *quibus decem, octo* ſolum *ibros edidiſſe conſtat: quorum omnes qui fuerunt ibri, digeſti ſunt ab Aufidio Namuſa in centum uadraginta libros:* ideoque verba Ulpiani *lib.* o. *ad Sabinum* in *l. quæſitum* 12. *D. de inſtr. el inſtrum. leg. Et ita Servium reſpondiſſe auditores ejus referunt*, explicanda ſunt, in his liris ſcilicet, qui ab Aufidio Namuſa digeſti unt. Veriſimile enim eſt, Juriſconſultos voaſſe librum illum, in quo libri auditorum Serii compilati erant, *Auditores Servii:* ſicut ios librum qui ex multis Grammaticis Latinis ompoſitus eſt, *Auctores linguæ Latinæ* appellamus: atque ita interpretanda *lex* 6. *D. de ote præleg.* Namuſa autem noſter is eſt, cujus neminit Paulus in *l. in ſumma* 2. *§. apud Namuſam* 6. *D. de aqua pluvia arc.* atque is Aufiius quem citat Ulpianus in *l. cum duobus* 52. *. fin. D. pro ſocio:* cuique à Javoleno tribuuntur *ibri regularum* in *l. apud Aufidium* 20. *D. de pt. leg.* namque Aufidium Tuccam nihil quicuam de jure conſcripſiſſe facile aſſeveraveim. Alius autem Aufidius fuit Antonini mperatoris temporibus, ad quem Antoninus

Pri-

Priſco & Apollinari Coſſ. ſcripſit, ut appare[t] ex *l.* 2. *C. de neceſſar. ſerv.* Cæterum filiam Aufidiam habuit, quam in adoptionem dedit cujuſque cauſam Servius Sulpitius oravit & de fendit, cum patre adoptivo mortuo, ipſa u filia, ſe heredem ejus diceret: hocque ei nega retur, ut conjicio ex Feſto in verbo *mancipa tus. in fine literæ M.*

CAJUS ATEJUS PACUVIUS.

Labeo in *l. avus* 79. *§. pater D. de jure dot* ait, Ateium ſcripſiſſe, Servium reſpondiſ ſe: *Si pater filiæ nomine centum doti ita promiſit cum commodiſſimum erit*, i. e. *cum primum ſin turpitudine & infamia dari poſſit, deberi.* E[x] qua lege ſatis conſtat, Ateium illum fuiſſe no ſtrum Servii auditorem : quanquam non ſin neſcius, quoſdam *Anteium* legere : qua in lege ſi Cujacio credimus ad *tit.* 6. Ulpiani, verbu[m] *doti promiſit*, Pacuvii Ateii non eſt, ſed Tri boniani: cum Ateius ſcripſiſſet *doti dixit*; inu ſitata enim loquendi formula; atque hic & alii Pandectarum locis, Tribonianus hoc verbun ita ſuppoſuit, ut in *l.* 31. *§.* 1. & *l.* 44. *§.* 1. *D ſoluto matrim l.* 31. *in fine D. de novat.* cæteriſ que legum capitibus, quæ Pandectas legent cuique occurrent. Sed ut verum fatear, cre dibile non eſt Tribonianum tot locis manun

ſuar

uam adhibuiſſe, & in unius verbi expunctione ot in auctoribus laboraſſe. Colligitur autem ?acuvium partem illam edicti

De commodato

nterpretatum eſſe, ex Ulpiano in *l.* 1. *D.* §. 1. *ommod.* qui hoc ſolummodo in hujus edicti inerpretatione notandum cenſet, quod cum is ui edictum conceperat *commodati* feciſſet nentionem, Pacuvius *utendi* fecit.

CINNA.

CInnam à Servio profeciſſe ſupra diximus ex Pomponio in dicta *l.* 2. §. 44. *D. de rig. jur.* Quis autem fuerit, non parvi negotii ſt ſcire. Caſſiodorus *in Chronicis* Cinnam Conſulem cum L. Valerio commemorat anno b urbe condita 758. temporibus Octaviani Auguſti Cæſaris. quem quidem Cinnam notrum fuiſſe, ſi aliquid conjicere licet, dicere oſſumus. Servii enim diſcipulos ea ætate ixiſſe, certum eſt: hujus conſulatu Auguſtus Cæſar, pater patriæ ſalutatus eſt, ut teſtatur Ovidius in *Faſtis*. Cuſpinianus hunc Cn. Cinam eundem eſſe putat cum L. Cinna, de quo oquitur Seneca *lib.* 1. *de clementia cap.* 9. ſoumque in prænomine erratum. Hic autem *Cn. Cinna Magnus*, ſic enim à Dione appellaur, filius fuit Cinnæ cujus meminit Appianus,

quo prætore Cæſar interfectus eſt, quique apu[d]
populum tyrannicidas laudavit, cenſuitqu[e]
eos è capitolio, tanquam patriæ liberatores
libertatiſque vindices, maximis cum honoribu[s]
evocandos. Seneca enim tradit Cinnam, d[e]
quo ſcribimus, contra Auguſtum conjuraſſ[e]
quapropter veriſimile eſt, eum hoc à patr[e]
odium contra Cæſaris partes, & familiam
quaſi jure hereditario accepiſſe. Cæterum V[o]
laterrano non adhæreo, qui hunc, Cinna[m]
non eſſe putat, ſed legendum *Paternum* dici[t],
nec Zaſio, qui *Porcinnam*, allucinati his verb[is]
Pater Cinna, non animadvertentes, hanc vo-
cem *Pater* ſeparatam eſſe à nomine *Cinna*,
conjunctamque cum Antiſtio; ſcilicet ut *Lab[eo]*
Antiſtius Labeonis Antiſtii pater junctim leg[a]-
tur, & *Cinna* ſeparatim poſtea ponatur, ta[n]-
quam alter Servii diſcipulus: nam ut hic An[ti]-
ſtius ab aliis diſcernatur, hoc nomine patris
notatur: ſicut & deſignationis cauſa, C. An[ti]-
ſtius Vetus vocatur à Julio Frontino *lib.* 2. *[d]e*
aquæduct. Alium autem à noſtro Juriſconſul[to]
exiſtimo *Cinnam poëtam*, qui *Smyrnam* ſc[ri]-
pſit, cujus meminit Quintilianus *lib.* 10. *ca[p].*
4. *Inſtitut. orator.* & Catullus *epigr.* 96. his v[er]-
ſibus:

Smyrna mei Cinnæ nonam poſt denique meſſe[m]
Quam cœpta eſt, nonamque edita poſt hy-
mem, &c.

It

Et Priſcianus *libro 6 pag.* 718. qui hunc ejus verſum profert:

At ſcelus inceſto Cinyræ creſcebat in alvo.

Hac autem ratione maxime moveor, ut alium exiſtimem, quod noſter Auguſti ætate vixerit: Poëtam vero, ante Auguſtum vixiſſe colligo, quod L. Craſſitius Paſides, ſive Panſa *commentarium in ejus Smyrnam* ediderit, quem temporibus Auguſti vixiſſe apparet, & adhuc adoleſcentis. Julii enim Antonii, Triumviri filii præceptor fuit, ut ſcribit Suetonius in *libello de illuſtribus Grammaticis c.* 18. Hanc autem differentiam notandam duxi: ne quis errore nominis deceptus, Juriſconſultum pro poëta acciperet, exemplo plebis Romanæ, quæ, in funere C. Cæſaris, errore nominis decepta, C. Helvium Cinnam, quem poëtam diximus, interfecit, quaſi eſſet Cinna Prætor, quem patrem Juriſconſulti noſtri docuimus, ut auctor eſt Suetonius in *Julio cap.* 85. Scripſit autem de jure civili, & ejus ſcripta memorat Javolenus in *l. quibus diebus* 40. *§.* 1. *D. de condit. & demonſtrat.* & Ulpianus in *l. denique* 6. *D. de ritu nupt.* qui ait: *Denique Cinna ſcribit eum qui abſentem accepit uxorem, deinde rediens à cœna juxta Tiberim periiſſet, ab uxore lugendum reſponſum eſt.* quod reſponſum referendum eſt ad Servium Sulpitium; ejus enim reſponſa ab auditoribus ſuis tanquam oracula, ut à Pytha-

goræis Pythagoræ verba pro lege & auctoritate proponebantur.

PUBLICIUS GELLIUS.

HIc etiam unus eſt ex decem Servii diſcipulis, & auditoribus, auctore eodem Pomponio in dicta *l.* 2. *§.* 44. Male autem Hotomanus in deſcriptione Juriſconſultorum, *Publicolam Gellium* pro *Publicio* legendum eſſe dicit: opinor enim Publicium eſſe illum, cujus fit mentio in *l.* 2. *§. ſed ſi ſint.* 8. *D. ad Senatuſc. Tertyll.* & in *l. ſub diverſis* 51. *D. de condit. & demonſtrat.* Publicium autem, Prætorem fuiſſe teſtatur Juſtinianus *tit. de action. §.* 4. in *Inſtitut.* & quidem urbanum, cum M. Junio, Cicero in *orat. pro Cluentio. cap.* 45. à quo *Publiciana actio* in edicto propoſita eſt, ſive *Publicianum judicium*, ut loquitur Cajus in *l.* 13. *D. de Public. in rem act.* Hoc autem Publicianum edictum iuterpretatus eſt Ulpianus *lib.* 16. *ad edictum*, & Paulus *lib.* 19. fuit enim in edicti compilatione à Juliano poſitum, cujus edicti verba ab Ulpiano referuntur in *l.* 1. *D. de Public. in rem act. Si quis id quod traditur ex juſta cauſa non à domino, & nondum uſucaptum petet, judicium dabo.* Verba enim *l.* 7. *§.* 11. *Prætor ait, qui bona fide emit*, non ſolum illius edicti non ſunt, ut notavit gloſſa; ſed ne quidem Publicii.

L. TU-

L. TUBERO.

DOmum nomenque Tuberonum laudat Cicero in *orat. pro Q. Ligario*: non tamen Lucium, ſed Q. Tuberonem virum patritium illum eſſe puto, quem Pomponius in dicta *l.* 2. §.46. doctiſſimum habitum fuiſſe juris publici, & privati, & complures utriuſque operis libros reliquiſſe ſcribit, ut in *Tuberone* docuimus. Hic autem Lucius Tubero fuit, qui Prætor urbanus renunciatus eſt, de quo memorandum ſcribit Plinius *lib.* 10. *Natur. hiſtor. cap.* 18. *in capite Prætoris urbani L. Tuberonis in foro jura pro tribunali reddentis, picus Martius ſedit, ita placide, ut manu prehenderetur: reſpondere tunc vates, exitium imperio portendi, ſi dimitteretur. : ſi exanimaretur Prætori. Ille autem protinus concerpſit, nec multo poſt implevit prodigium.* Ex quibus emendandum puto locum Varronis ex *lib.* 3. *de vita Pop. Rom.* qui citatur à Nonio Marcello in verbo *Picumnus*: *Ælius Pætus cum eſſet Prætor urbanus, & ſedens in ſella curuli jus diceret populo, picus Martius advolavit, atque in capite aſſedit.* Legendumque *Ælius Tubero cum eſſet Prætor urbanus* &c. *Ælii* enim *Tuberones* dicebantur; unde cum apud Valerium *lib.* 5. *cap.* 6. idem de Ælio Prætore ſcribi legimus, de hoc Ælio

Tuberone intelligendum eſt: quapropter male Volaterranus *lib.* 13. hunc Prætorem *Cælium Pontium* vocat: unde & inſcriptio illa quæ affertur ab Onuphrio *lib. 2. faſt. ad annum* V. *c.* 771. mendum etiam habere videtur:

CERERI. AUGUST.
MATRI. AGR.
L. BENNIUS. PRIMUS.
MAG. PAGI.
BENNIA. PRIMIGENIA.
MAGISTRA FECER.
GERMANICO. CÆSARE. II.
L SEIO. TUBERONE. COSS.
DIES SACRIFICII. XIII. CAL. MAI.

& ita reſtituenda *L. Ælio Tuberone.* non mirum autem, ſi hoc Tuberoni populo jus reddenti contigerit, malique ominis augurium fuerit: Suetonius enim in *Vitellio cap* 9 narrat, cum Viennæ pro tribunali jura redderet Vitellius, gallinaceum ſupra humerum, ac deinde in capite ejus aſtitiſſe: quod ei infelix exitus, & mortis ſuæ augurium fuit: quamvis apud Chriſtianos columbæ volatus, felix fauſtumque ſignum fuerit. Tradit enim Nicephorus Calixtus *eccleſiaſt. hiſtor. lib.* 5. *cap.* 26. Fabiano, qui Romæ in eccleſia cum aliis ad creandum Pontificem convenerat, columbam ad caput advolaſſe, ſubitoque ab omnibus Epiſcopum nominatum, & in throno collocatum fuiſſe. Sed ut

ac

d Tuberonem revertar, neſcio, an is fuerit, ui *libros hiſtoriarum* ſcripſit, quorum 14. affert Ionius Marcellus in verbo *luxuriabat*: eum tanen L. Tuberonem potius exiſtimarem. Hujus utem Tuberonis meminit Ulpianus in *l.2 D.* *e uſu & habitat.* & in *l. ſtipulationes 72. D. de verb. obligat.* ex Celſo *lib 38. Digeſt.* refert Tueronem exiſtimaſſe, ubi quid fieri ſtipulemur, i non fuerit factum, pecuniam dari oportere: deoque in hoc genere dividi ſtipulationem.

C. TREBATIUS TESTA.

CAjus Trebatius Q. Cornelii Maximi auditor fuit teſte Pomponio: ſic enim in *d. l.* *2. §. 45. de orig jur.* cum Goveano homine acris judicii & ingenii legere malo, quam ut vulgo, *qui idem Cornelii.* Fuit etiam M. Tullii Ciceronis maxime familiaris, ut oſtendunt plures ejus ad Trebatium ſcriptæ epiſtolæ, & liber Topicorum ad eundem ſcriptus: tantaque innocentiæ & juſtitiæ exiſtimatione floruit, ut *probiorem hominem, meliorem virum, prudentiorem* eo eſſe neminem prædicet Tullius *lib. 7. ad fam. epiſt.* 5. in amicitiam Cæſaris, Ciceronis commendatione pervenit. quam vero accurata fuerit ea commendatio, qui ſcire voluerint, intelligent ex *d. 5. epiſtola*, & ita Cæſari conjunctus ſemper fuit, ut eum in expe-

ditionibus ſequutus ſit; ut in Gallica: quamvis in Britanniam cum Cæſare profectus non ſit. tribunatus etaim commoda dempto labore militiæ ei oblata contemſit *d. lib. epiſt.* 8. ut ejus colloquutione uti poſſet. Qua ex re colligere poſſumus Trebatii tenues fortunas fuiſſe: quod conſtat etiam ex Ciceronis verbis, *epiſt.* 16. *Balbus*, inquit Trebatium alloquens, *mihi confirmavit te divitem futurum, id utrum Romano more loquutus, bene nummatum te futurum, an quomodo Stoici dicunt, omnes eſſe divites qui cœlo & terra frui poſſunt, poſtea videro:* & *epiſtola* 13. hoc feſtivo joco: *Treviros vites cenſeo, audio capitales eſſe, mallem auro, argento, ære eſſent. Treviri* enim Galliæ Belgicæ populi, ut ſcribit Cæſar *de bello Gallico*, quos *capitales* appellat, quod hoſtium frequentem numerum neci tradiderant, alludens ad Treviros Romanorum magiſtratus, qui capitalibus judiciis præerant. Ait igitur vitandos eſſe Treviros illos, cum capitales ſint, Trebatio imbelli militaremque animum non gerenti: malleque ſe hos Treviros Belgicos, auro argento & ære eſſe, alludens ſemper ad magiſtratus Romanos. Erant enim alii magiſtratus Treviri pecuniæ cudendæ, qui ita inſcribebantur, III. VIRI. A. A. A. F. F. i.e. auro, argento, ære flando feriundo, ut recte notat Petrus Bembus, quos *Triumviros monetales* vocat Pomponius

ius *l.* 2. §. 30. *D. de orig. jur.* poſt Cannenſem
ladem anno tertio belli Punici, rogatione Mi-
utii Tribuni plebis creatos, teſte *Livio lib.* 23.
ap. 21. Ait itaque Tullius Trebatium alloquens,
os Treviros non capitales, ſed monetales eſſe
lebere, qui illi nummos cudere juberent, ut am-
liſſimæ pecuniæ fieret dominus. Fuit autem in
ure civili ſingularis ejus memoria, ſummaque
ſcientia, ita ut *Scævolæ* nomen meruerit. Sic
nim Tullius eum vocat *ad Atticum.* & *epiſto-*
arum ad familiares lib. 7. multoſque doctrinæ
uæ ſectatores habuit, ſive ut loquitur idem
Tullius *lib.* 7. *epiſt.* 5. *Familiam duxit in jure*
ivili. Sic enim recte Victorius legit. Quam-
obrem ſi quis ex eo natam Proculeianam ſectam
dixerit, non errabit: Labeo ſiquidem ab eo
nſtitutus eſt auctore Pomponio dicta *l.* 2. *de*
origine juris. & multa in ſuis poſteriorum li-
bris à Trebatio accepiſſe videtur ex *l. Labeo* 45.
l. fundi partem 79. *D. de contrahend. empt.* Ve-
runtamen ab eo interdum diſſentiebat, in *l.* 1.
§. *ſi dolium* 1. *D. de peric. & commodo rei vend.*
in *l ſi vitem* 22. §. 3. *D. quod vi aut clam*, in
l. liber homo 19. *D. de acquir. rerum domin,*
quandoque addebat, ut in *l. Julianus* 13. §.
præterea 22. *D. de action. empti & vend.* in *l.*
fin. de cloacis. Quare cum *veteres aliquid dicere*
in Pandectis legimus, hoc de Trebatio, & La-
beone, frequentiſſime intelligendum eſt. Tre-

batius inter veteres Juriſconſultos à noviſſimis numeratur. Unde Ammianus Marcellinus *lib.* xxx de advocatis loquens, ſic ſcribit: *Hi ut altius jura callere videantur, Trebatium loquuntur, & Caſcellium, & Alfenum, & Aruncorum Sicanorumque jamdiu leges ignotas, cum Evandri matre abhinc ſæculis obrutas multis.* Cæterum Juſtinianus in §. 1. *de jure codicil. in Inſtitut.* refert, Auguſtum, cum de codicillorum viribus dubitaret, qui antea in uſu non fuerant, convocaſſe ſapientes viros, inter quos Trebatium, cujus tunc maxima auctoritas erat, & quæſiſſe, an non abſonans à juris ratione codicillorum uſus eſſet, recipique poſſit: Trebatium id ſuaſiſſe Auguſto, quod diceret, utiliſſimum ac neceſſarium civibus eſſe, propter magnas & longas peregrinationes, quæ apud veteres fuiſſent; ubi ſi quis teſtamentum facere non poſſet, tamen codicillos poſſet. Præterea hujus diligentia, memoria interdicti à Prætore dati ab oblivione vindicata eſt, ne vis fieret dominis quo minus ſua tollerent, auferrent: ſi modo damni infecti repromitterent: cum Tiberis abundaſſet, & multas multorum res in aliena ædificia detuliſſet *l. hoc amplius 9. § de his 1. D. de damno infecto.* Exercuit etiam Trebatium quæſtio illa, quam vulgarem Ulpianus vocat in *l. vulgaris 21. D. de furt. An is qui ex acervo frumenti modium ſuſtulerit, totius rei fur-*

urtum faciat: an vero ejus tantum quod abſtu-t. exiſtimante Trebatio, totius rei furtum com-mitti: nam, inquit, & qui aurem alicujus teti-it, totum videri eum tetigiſſe. Attamen Ul-ianus putabat, in tantum eos furti teneri, uantum abſtulerunt: cujus tamen ſententiæ Ulpianus rationem non tradit: ſed puto hac in e diſtinctione utendum: vel res cujus pars ſurri-itur, illius naturæ eſt ut ejus partis ſurreptione, ota res vitietur, tunc certe Trebatii opinio Ofi-um ſequentis vera eſt: quia tota res inutilis eſt lomino. Unde qui lancem raſit, totius fur eſt, x furti tenetur ad id quod domini intereſt, pud Paulum in *l.* 22. *§ qui lancem* 2. *D. de urt* vel res cujus pars ſurripitur illius condi-ionis eſt, ut parte ſurrepta, reliqua integra naneat, & tunc opinio Ulpiani prævalet; ut in acervo frumenti, ſiquis ex eo modium ſuſtulerit, eum enim in tantum furti ſolummodo actione teneri, quantum abſtulerit, verum eſt. quo ex Ulpiani loco apparet Trebatium in his quæ-ſtionibus furtorum diſſolvendis ſe exercuiſſe, quod etiam ex Cicerone *lib. 7. ad fam. epiſt.* 22. colligere licet, qui ſcribit à Trebatio inter ſcyphos hanc controverſiam agitatam eſſe: *Poſſet ne heres quod furtum antea factum eſſet, recte furti agere.* Tantam autem Trebatius in reſpondendo vanam oſtentationem, inanem-que gloriolam habebat, ut ſæpiſſime quæ pleri-que

que ante eum dixerant, neminem præter eum ſenſiſſe audacter profiteretur, ut ex his verbi Ciceronis *d. lib. 7. epiſt. 22.* apparet: *Tamen id caput*, inquit, ad Trebatium ſcribens, *ubi hæ controverſia eſt notavi, & deſcriptum tibi miſi ut ſcires id quod tu neminem ſenſiſſe dicebas, Sex Ælium, M. Manilium, M. Brutum ſenſiſſe* Quod multorum hujuſce ætatis vitium eſt (vitium enim malo quam malitiam nominare) qui ſuo nomini ex aliorum laudibus, libare laudem volunt. Cæterum Labeo, Ofilius, Caſcellius, Trebatius, quandoque eadem de re conſilium præbuerunt in *l. cum ex filio 39. D. de vulg. & pup. ſubſt. &* in *l. ſi mandavero 22. §. ſi curator* 10. *D. mand.* quandoque Trebatius, & Ofilius, ſine Caſcellio in *l. quid tamen 21. D de recept. arbit.* quandoque Labeo, & Trebatius in *l. ſi quis 6. §. ſi quis 6. D. communi divid.* Fuit autem alius ab hoc noſtro Trebatio, *Trebius* is cujus meminit Ulpianus in *l. 5. D. de petit. hered.* cui D. Hadriamum reſcripſiſſe tradit: hocque conſtat tum ex ſerie temporum, cum ex eorum cognomine, quod illi *Sergianus* erat, noſtro vero *Teſta.* Multa vero de jure civili ſcripſit opera. Pomponius enim in dicta *l. 2. §. 45. D. de orig. jur.* ſcribit complures Trebatii ſua ætate libros extitiſſe, ſed minus quam aliorum frequentarios eſſe. Certum quidem eſt eum ſcripſiſſe

DE.

De. Religionibus. lib. duos.
ui citantur à Macrobio *lib.3.cap.3. Saturn.* & uorum ſcundum Gellius *lib.6.cap.* 12. affert. d eos pertinere arbitror, quæ de Trebatio lpianus tradit in *l. & ſi quis* 14. *§. ſi quis* 11.). *de Relig. & ſumpt. fun.*

AULUS CASCELLIUS.

AUlum Caſcellium numerat Pomponius in *l. 2. §. 45. D. de orig. jur.* inter præclaros ros, qui juris civilis populi Romani ſcienam profeſſi ſunt: quam à Volcatio accepit auore Plinio *lib. 8. Natur. hiſt. cap.* 40. Quambrem locum illum Pomponii in *d. l. 2. D.* *orig. jur.*: *Fuit Aulus Caſcellius, Quintus Mutius Voluſii auditor*, quem corruptum uamplurimi varie reſtituerunt, ſed ſemper inte; nec emendandum puto, ut fecit Antonius uguſtuinus, *fuit Aulus Caſcellius Q. Mutii oluſii auditor*; quamvis hanc emendationem Jacobo Cujacio approbatam eſſe, & ſequum repererim *in notis ad dictam legem ſecunm.* Sed hanc genuinam & puram, pace tanrum virorum dixerim, hujus loci lectionem iſtimo, *fuit Aulus Caſcellius Q. Mutii, & lcatii auditor.* ut duos præceptores in jure buerit: primum Q. Mutium Scævolam, deine eo mortuo Volcatium audiverit, ut ex loco Pli-

Plinii ſupracitato apparet. Nam Pomponium de duobus loquutum fuiſſe, denotant ſatis ſubſequentia ejus verba: *Denique in illius honorem, &c.* i. e. non proxime nominati præceptoris, ſed alterius. Fuiſſe præterea Caſcellium actorem cauſarum probabilem, atque in pretio habitum ſcribit Horatius *lib. de arte Poëtica verſ.* 371. minime tamen cum Meſſala comparandum. Facetum quidem, eleganter, & feſtivi ſermonis fuiſſe teſtatur Macrobius *lib.* 2. *cap.* 6. *Saturnal.* eum tamen ſeveri & infracti animi fuiſſe hic locus Valerii Maximi ex *lib.* 6. *cap.* 2. deſumptus, ſatis oſtendit: *Caſcellius*, inquit, *vir juris civilis ſcientia clarus, quam periculoſe contumax. Nullius enim aut gratia aut auctoritate compelli potuit, ut de aliqua earum rerum quas Triumviri dederant, formulam componeret. Hoc animi judicio, victoriæ eorum beneficia extra omnium ordinem legum ponens.* Quo loci obiter adnotabo *Caſcellius* recte legi, non *Ceſellius* ut vulgo: licet apud Aulum Gellium *lib.* 9 *cap.* 14. recte *Ceſellius* legendum putem, quia is eſt alius ab hoc noſtro Caſcellio, eumque credo eſſe *Ceſellium Vindicem*, cujus mentio fit ab eodem Gellio *lib.* 2. *cap.* 16. qui *commentaria lectionum antiquarum* compoſuit. Quod autem ad Caſcellium attinet, is cum multa de temporibus Cæſaris loqueretur, & amici, ne id faceret, monerent: duas res quæ hominibus am-

mariſſimæ videntur, magnam ſibi licentiam
ræbere, reſpondit, ſenectutem, & orbitatem,
'alerio Maximo auctore loco ſupra citato. Ex
uibus in ſenectute eum orbum fuiſſe, tanquam
lterum Appium Claudium colligimus. quæ
uidem nimia libertas temporibus illis non con-
rua, eum intra quæſturam retinuit. Cæterum
lium ab hoc noſtro, Juriſconſultum *prædiato-
emCaſcellium* eſſe puto, ad quem & ad Furium,
cævolam Augurem cum de jure prædiatorio
onſuleretur, conſultores ſuos rejeciſſe ſcribit
icero in *orat. pro Cornelio Balbo cap.* 20. & ut à
'alerio Maximo refertur *lib.* 8. *cap.* 12. his ver-
is: *Q. Scævola legum clariſſimus, & certiſſimus
ates, quotieſcumque de jure prædiatorio* (Sic enim
on ut in Codicibus Baſileæ impreſſis *jure præ-
orio*, legendum eſſe Ciceronis locus ſatis oſten-
lit) *conſulebatur, ad Furium, & Caſcellium,
ui huic ſcientiæ dediti erant, conſultores re-
iciebat: quo quidem facto moderationem magis
uam commendabat, quam auctoritatem mi-
uebat.* Fieri enim non poteſt quin, cum in
Pandectis tantus de Caſcellio ſermo ſit, quæ-
dam in his apparerent veſtigia, quæ Caſcellium
huic prædiatoriæ ſcientiæ operam dediſſe
oſtenderent. Ratio etiam granieſque temporis
me movet, ut noſtrum ab illo prædiatorio
alium eſſe putem, quem coætaneum Q. Scæ-
volæ Auguris fuiſſe certum eſt, & Cicerone
ad-

adhuc adoleſcente obiiſſe, ex ejus *dialogo de amicitia cap.* 1. Caſcellium autem noſtrum tempora Auguſti Cæſaris attigiſſe: ſimileque ver non eſt, Caſcellium prædiatorem tamdiu vixiſſe, cum à morte Scævolæ Auguris, ad victoriam uſque triumviratus, ſexaginta fere anni numerentur, quod Cicero clare demonſtrat in *Orat pro Balbo cap.* 20. Id enim quod ſupra retulimus, tanquam antiquitatis exemplum affert. Dicendum itaque eſt Caſcellium prædiatorem patrem Auli Caſcellii fuiſſe. Auli etiam fit mentio in *l.* 17. *D. de hered. inſtit.* quem Aulum Caſcellium eſſe putat vir doctiſſimus Cujaciu *in not.* quas in hanc legem edidit. Verum u ab eo diſſentiam, veritas ipſa cogit. Hic locus *Ut Labeo quarto poſteriorum ſcripſit: nec Ariſto vel Aulus, utpote probabile, notant*, ſine dubio mendoſus eſt: nunquam enim alibi Caſcellius in Pandectis, *Aulus* tantum nominatur. Deinde Caſcellium Labeone antiquiorem fuiſſe, ſenemque Auguſti tempora tantum attigiſſe legimus. Quamobrem ad Labeonem eum ſcripta edidiſſe dici non poteſt: neque ejus re apud auctores ulla extant veſtigia. Præterea temporibus Ulpiani nulla extabant Caſcelli ſcripta, niſi *unus liber benedictorum*. Exiſtimo itaque hac in lege pro *Aulus*, *Paulus* legendum, ſicque exaratum eſt in codicibus Fradrini: quam lectionem ratio ipſa confirmat. Paulu

us enim *notas ad libros* πιθανῶν *Labeonis* ſcripſit, ut ſupra *in Paulo* docuimus. Hæc autem verba *nec Ariſto vel Paulus ut pote probabile notant* de notis ad libros *Pithanon*, i. e. *probabilium* intelligenda ſunt: quoniam cum ad *libros probabilium notas* ederent Juriſconſulti, notabant *ea quæ probabilia non erant*. Ex quibus recte etiam auguramur ſuperiora verba *Labeo libro 4. poſteriorum* depravata eſſe, reponendumque *libro 4. Pithanon.* Caſcellii cujuſdam meminit Martialis *lib. 7. epigram. 9.* Auli autem Caſcellii prudentiæ & in jure civili ſcientiæ extant in Pandectis monumenta, & Javoleni teſtimonio eum de jure conſultum ſæpiſſime fuiſſe manifeſtum eſt, & Quintilianus *libro 6. inſtit. orator. cap. 3.* & Macrobius *lib. 2. cap. 6.* conſultori cuidam, Caſcellio dicenti, *navem dividere volo: perdes*, reſpondiſſe eum ſcribunt: & Javolenus in *l. hæres* 100. *D. de legat.* 3. in duabus ſtatuis marmoreis cuidam nominatim legatis, itemque omni marmore: nullam ſtatuam marmoream, præter duas, Caſcellium putaſſe deberi teſtatur; & quanquam Ofilius, & Trebatius contra ſentirent, Labeo tamen Caſcellii ſententiam ſecutus eſt. contrariam ſæpe Ofilius à Caſcellio tenuit & diſcrepantem; non enim conveniebant in ſignificatione verbi *impenſæ*. Hic enim ajebat precium fundi deberi: Ofilius negabat precium ſignificari, ut apparet ex *l. quibus die-*

R *bus*

bus 40. *D. de condit. & demonſtrat.* Cæterun ne nimis in Caſcellio immorari videar, feſt vum & jocoſum ejus reſponſum tantum affe ram. Cum enim lapidatus à populo Vatiniu gladiatorium munus ederet, obtinuit ut Ædile edicerent, ne quis in arenam niſi pomum mit teret. Tunc Caſcellius conſultus à quodam, *a nux pinea pomum eſſet*: reſpondit ei, *ſi in Va tinium miſſurus es, pomum eſt*, ut ſcripſit Ma crobius *lib. 2. cap. 6. Saturnal. pomi* enim ve bo contra communem ſenſum, omnem fructu tam duri, quam mollioris corticis ſignificar videtur exiſtimaſſe: ſicut Apoſtoli *in canon* 4. verbum Græcum ὀπώρα ſumpſere. Caſcelliu autem plura ſcripta edidit, quæ tamen periere præter

Benedictorum. lib. unum.

qui extabat adhuc temporibus Pomponii, u ipſe teſtatur in dicta *l. 2. §. 45. D. de orig. jur* ad quem librum pertinent, quæ ex Caſcelli referuntur in *l. in uſu* 158. *D. de verb. ſignifi* & in §. *ſed & ſi* 7. *l.* 1. *quod vi aut clam.*

CAJUS FLACCUS.

CAjum Flaccum Paulus in *l. Maſſuri* 144. *D. de verborum ſignif.* librum *de ju Papyriano* ſcripſiſſe tradit. ſic enim legitur vulgatis codicibus: quanquam Jacobus Labitt

Gr.

ranium Flaccum legendum putet. Granii laccimeminit Feſtus in verbo *ricæ* multiſque liis in locis, & Macrobius *lib.* 1. *Saturn. cap.* 18. itatur etiam ab Arnobio *lib.* 3. eumque *Gra-ium Flaccum Licinianum* vocari reperio. Gra-ii cujuſdam mentio fit apud Plutarchum in *ylla*, quem per ſatellites ſtrangulari Sylla juſ-t, quemque ærarii publici curam, ex hoc co habuiſſe ſuſpcari poſſumus, & Cicero in *ruto cap.* 46. Q. Gravii præconis meminit, um quo L. Tincam facetiſſimum hominem, icacitate certaſſe ſcribit. Ejus doctrinæ nulla lia extant monumenta.

FULCINIUS.

PAulus Juriſconſultus in ejus quæſtionis tra-ctatione, *an ex argento ſurrepto, pocula facta ondici poſſint*, Fulcinium ſequutus eſt in *l. ex rgento* 13. *D. de condict. furtiva.* ex qua, & x *l. Fulcinius* 7. *D. quib. ex cauſis in poſſeſſ. ea-ur* & *l. ſi mulier* 20. *D. de Relig. & ſumpt. fun.* quarum duarum legum Ulpianus auctor eſt) ntelligitur, Fulcinium nonnulla *quæ ad edicti xplicationem pertinent*, ſcripſiſſe. Eum etiam *e impenſis in rem dotalem factis* tractaſſe appa-et ex *l.* 1. §. 3. *D. de impenſ. in rem dot. fact.* conferatur cum lege *impenſæ* 79. *D. de verb. gnific.*

CARTILIUS.

CArtilii nomen agnoſcitur apud Proculum in *l. Cornelius* 69. *D. de hered. inſtit.* atque ita Florentiæ legi, Antonius Auguſtinus *lib.* 3. *emendat. cap.* 6. affirmat: non ut in quibuſdam impreſſis libris mendoſe *Carſilius*. Hoc Proculi adductus teſtimonio idem exiſtimat minime rejiciendum *Cartilii* nomen in *l. ſi ut certo* 5. §. *ſi me rogaveris* 13. *D. commod.* quod multos typographos feciſſe videmus: quamvis Florentiæ ita circumſcriptum eſſe dicatur, ut ea ſolent quæ reſpuuntur. Qua in re vehementer ego Auguſtini laudo judicium, credoque nimium argutam ſcriptoris Florentini fuiſſe ſedulitatem. Cum hæc duo capita tantum ſint, quæ ex multis ut credibile eſt monumentis ejus memoriam prodere nobis poſſint. Quare non immerito Cujacius *lib.* 1. *cap.* 9. *obſervat.* ſcribit, Antonium Auguſtinum Cartilium ab oblivione vindicaſſe. Neſcio autem an Cartilius noſter, ſit *Catilius* ille *Severus*, cujus meminit Plinius *lib.* 1. *epiſt.* 22. quique amicus Ariſtonis Juriſconſulti fuiſſe videtur: ſed ſi noſter eſt, temporibus Trajani eum vixiſſe conſtat, & Juſtinianus Traini ad eum reſcriptum refert in §. *plane* 1. *de milit. teſtam. in inſtitut.* quod deſumptum eſt ex Florentino *lib.* 10. *Inſtitutionum.*

num. vid. l. 24. *D. de milit. teſtam.* Marci etiam Imperatoris proavus maternus fuit, auctore Capitolino *in Marco. cap.* 1. Præterea præfecturam urbis aſſequutus eſt, & bis Conſul fuit, ut idem *ibidem* teſtatur. In vetuſta inſcriptione T. Aurelius Fulvius collega ei tribuitur.

PUTEOLANUS.

PUteolanus LIBROS ASSESSORIORUM ſcripſit, quorum *primus* citatur ab Ulpiano in *l. nam & nocere* 12. *D. de pact.* ubi male *Aſſeſſorum* quidam putant legi. Equidem liber Aſſeſſorum recte non dici videtur, ſed de officio Aſſeſſorum. Recte autem *Aſſeſſoriorum* i. e. qui de Aſſeſſoribus tractat, ſive ut Gothofredus vult in *l.* XII. *D. de pact.* qui de rebus in aſſeſſorio judicatis tractat. Sabinus etiam librum compoſuit qui *aſſeſſorius* vocatur, ut Ulpianus eodem loquendi modo, librum ἀϛυνομικόν. Verum non incongruum eſt, Puteolanum *libros Adſeſſorum* ſcripſiſſe: Sic enim Suetonium *libros Prætorum* ſcripſiſſe, legimus apud Priſcianum *lib.* 8.

VIVIANUS.

VIviani meminit Paulus in *l. ſed & ſi* 4. § 2. *D. nautæ, caup. ſtabul.* Ex qua intellig potest, ſcripſiſſe illum quædam quæ *ad expla nandam, interpretandamque eam partem edict prætorii pertinebant, in qua niſi nautæ, caupo nes, ſtabularii quod cujuſque ſalvum fore recepe rint, reſtituerint, judicium ſe daturum Præto pollicetur.* Nonnihil etiam *de primo capite legi Aquiliæ*, in quo ſcriptum erat: *Cæterarum re rum præter hominem, & pecudem occiſos: ſi qui alteri damnum facit quidve uſſerit, fregerit, rupe rit injuria &c. l.* 27. *D. ad leg. Aquil.* § 24. Vi detur præterea *ad edictum Ædilium Curuliun* quædam ſcripſiſſe, ex *l.* 1. *§. apud Vivianum* 9 & ex *l. quis ſit* 17. *§.* 3. *D. de Ædil. edict* Et ad *eam partem edicti Prætoris, qua de damn infecto agebatur* in *l. fluminum* 24. *§. item apu* 9. *D. de damno inf.* & *de interdicto unde vi.* e *l.* 1. *§. non alii autem* 45. *D. de vi & vi arn* Interdictum denique *de itinere, actuque priva to* explicaſſe apparet ex *l.* 1. *§. Vivianus* 6. *D de itin. act. priv.* Ulpianus autem eum auctorer facit hujus axiomatis, *habitationem commoda poſſe*, ſed in *l. ſi gratuitam* 19. *D. de præſcr. ver* ejus ſententiam moderavit: quemadmodur & Paulus in *l. in commodato* 17. *§. duabus* 4. *D*

com

ommod. Ex qua colligimus, Pomponium uædam *in Viviani ſcripta notaſſe.* Colligerem tiam libenter ex *l. qui mittuntur* 35. § *ult. D ex quib. cauſis major.* Vivianum ætate Proculi vixiſſe, vel potius poſt Proculum floruiſſe, : ex Scævola in *l.* 14. *D. de jure codic.* apud uem, expoſitam eſſe Sabini Caſſii & Proculi ontroverſiam refert.

QUINTUS SATURNINUS.

SAturninus LIBROS AD EDICTUM compoſuit, quorum *decimus* citatur ab Ulpiano in *l. um aurum* 19 §. *an autem.* 7. *D. de auro & arg. eg.* ejus etiam meminit Ulpianus in *l. ſi duo* 13. *. Marcellus* 5. *D. de jurejur.* in qua illum Marello conſenſiſſe refert. Ea autem quæ *ex Quino Saturnino* deſumpſit hac in lege Ulpianus, *ex ibris ad edictum* deſumpta eſſe reor. Cæterum ujuſdam *Saturnini* mentio fit ab eodem Ulpiaio in *l. 6. §. 7. D. mandat.* quem noſtrum fuiſſe i quis dicat, non aberraverit. Ex quibus apaaret eum *Q. Claudii Saturnini* nomen haiuiſſe, & Prætorem fuiſſe: quo Prætore Marius Paulus quidam fidejuſſerat pro Daphnide, merredem pactus ob ſuam fidejuſſionem, & ſub noninc alterius ex eventu litis caverat, ſibi certam juantitatem dari: quapropter ab eo majores ructus inferre juſſus eſt, & advocationibus ei

interdictum, quemadmodum ſæpè interdicebatur apud Romanos, ut apud Plinium *lib.* 5 *epiſt.* 14. Veruntamen Marius ille videbatu velle à Daphnide mandati judicio conſequi quod erat condemnatus, quaſi is judicatum ſol vi fidejuſſiſſet, & non redemptor litis extitiſſet atque hac de re DD. fratres adiit, ſed rectiſſime ab iis reſcriptum eſt, nullam actionem eum propter ſuam calliditatem habere, quia mercede pacta acceſſerat ad talem redemptionem: quamobrem hac lege à nobis ſic enarrata, Ulpian verba illa depravata eſſe, rectè colligimus: *Videbatur autem mihi judicatum ſolvi fidejuſſiſſe & quaſi redemptor litis extitiſſet, velle à Daphnide mandati judicio conſequi, quod erat condemnatus, ſed rectiſſimè Divi fratres reſcripſerunt, &c.* Quæ quidem Hotomanus *lib.* 5. *cap* 9 *obſervat.* reſtituere tentavit, ſed non feliciter Scrupulus enim ille menti meæ inhæret dictionem *mihi* adulterinam eſſe. Ulpianus ſiquiden eadem ætate non vixit, qua L. Saturninus, ſed longè poſt DD. fratres; ſub Severo & Antonino cœpit juri civili operam dare: poſt ſub Heliogobalo, & poſtremo ſub Alexandro Severo maximè floruit. Quomodo igitur in auditorio DD. fratrum Ulpianus aſſidere potueri non video; quinimo certiſſimum eſt non aſſediſſe. Expungenda itaque eſt hæc dictio *mihi* reponendumque nomen, *Marius*; quod ignoran-

antia eorum qui in tranſcribendis libris incumbebant, vel cum litteræ vetuſtate exeſæ fuiſſent, ignaro quodam notario, vel typographo facile fuit hanc dictionem *mihi* ad conſtructionem Latinarum vocum accommodatam, ſed ad mentem Ulpiani ineptam, reponere. Locus ergo Ulpiani ille ſic legendus eſt: *Videbatur autem Marius quaſi judicatum ſolvi fidejuſſiſſet, non quaſi redemptor litis extitiſſet, velle à Daphnide mandati judicio conſequi, quod erat condemnatus. Sed rectiſſimè Divi fratres, &c.* atque ita ſenſus hujus legis apertiſſimus eſt. Cum enim Marius à Q. Claudio Saturnino Prætore *majores fructus*, i. e. *duplos fructus*, ut interpretatur Cujacius *lib. 5. Obſervat. cap.* XXI. inferre juſſus erat, (quod iniquum videretur Saturnino, eum qui advocationibus incumbebat, redemptorem litis extitiſſe) videbatur Mario, ſi tanquam redemptor litis condemnatus eſſet à Prætore, quod judicatum ſolvi fidejuſſiſſet, apud Imperatores à Daphnide mandati judicio conſequi poſſe, quod erat condemnatus: ſed Divi fratres nullam actionem eum propter ſuam calliditatem habere reſcripſerunt. Saturnini pleræque ſententiæ ab Ulpiano notantur. Quod quidem cauſam præbuit Baldo dicendi in *l.* I. *C. de ſacroſ. eccl.* notatum eſſe, *Saturninos eos in ſcholis appellari, qui abſurdas & parum probatas ſententias proferrent.* Vixit autem

Claudius Saturninus, & ſub D. Pio, cujus ad Saturninum reſcriptum affert Martianus in *l.* 1. *§.* 2. *D quæ res pign. vel hypoth.* Meminit præterea Jabolenus *lib.* 11. *epiſtol.* in *l.* 46. *D. ad Senat. Trebell.* Seii Saturnini archigubernii ex claſſe Britannica qui teſtamento fiduciarium reliquit heredem Valerium Maximum, ſed alius is eſt ab hoc noſtro Juriſconſulto.

MINITIUS NATALIS.

M*Initius*, ſive *Minutius* Natalis, is eſt ad quem Julianus libros ſex, quorum in indice ſit mentio, ſcripſit. quod intelligendum eſt ut ſupra docuimus *in Juliano*, ut Julianus notas ediderit ad Minutii ſcripta: non autem ſecundum Alciati ſententiam, ut Julianus libros illos ſex dicaverit Minitio Natali, quod præter ea quæ diximus manifeſtum reddetur, ſi quis inſcriptionem legis *Minutius* 61. *D. de rei vindicat.* quæ eſt *Julianus libro* VI. *ex Minutio.* cum ipſa illa lege comparare velit, quæ hæc habet: *Minutius interrogatus, ſi quis navem ſuam aliena materia refeciſſet, an nihilominus,* (ſive, *num dominus*) *ejuſdem navis maneret? Reſpondit manere. Sed ſi in ædificanda ea idem feciſſet, non poſſe, Julianus notat; nam proprietas totius navis, carinæ cauſam ſequitur.* Ex *ſecundo horum librorum* decerpta eſt *l.* 8. *D. ad leg. Rhod de jactu.*

lu. Quamobrem hæc ferè cogunt, ut credam, Minutium *de re naütica* ſcripſiſſe. Vixiſſe autem eum Trajani temporibus, apparet, ex *l. Divus Trajanus* 9. *D. feriis*, in qua reſcriptum Trajani ad eum refertur. Ex qua etiam colligo, Minitium Natalem Proconſulem fuiſſe. Hæc ſiquidem lex deſumpta eſt ex Ulpiano *lib.* 7. *de officio Proconſulis.* Ejus denique verba ſi quis attente legerit, Trajanum Imperatorem, Proconſulem alloqui ſatis intelliget. Cæterùm Minitius juris ſcientia maximè floruit, Sabini ſectam ſequutus ex *l. tenetur* 6. *D. de act empti*, & omni alia excellenti doctrina præſtitit. Quapropter Plinius *lib.* VII. *epiſt.* 12. ab eo, quid de libro ſuo judicaret, petere non recuſavit: quinimò emendandum ei libentiſſimè tradidit. Porrò *Minitii* cujuſdam Aſiæ Proconſulis meminit Nicephorus Calixtus *eccleſ. hiſtoriæ lib.* III. *cap.* XXVII. qui ſub Adriano vixit, & ad quem reſcriptum pro Chriſtianis miſit, quod extat apud D. Juſtinum Martyrem, & apud Euſebium. Verum alium ab hoc noſtro eſſe exiſtimo. Ille enim *Fundanus* nominatur: noſter autem *Natalis*. Fuit etiam alius à noſtro *Minutius Felix*, quem Romæ inſignem cauſidicum fuiſſe ſcribit D. Hieronymus, & *duos dialogos* edidiſſe refert: quorum alter *Octavius* inſcribitur, alter *de fato*, cujus meminit Lactantius in ſuis libris.

BLE-

BLESUS.

LAbeo in *l. is qui fundum* 31. *D. de uſufr. leg. Bleſi* mentionem facit, Trebatii quondam reſponſum referentis. *Junii Bleſi* meminit Tacitus *lib.* III. *Annalium cap.* 35. qui Africæ Provinciæ præerat.

PACONIUS.

PAconium citat Paulus in *l. Paconius* 3 *D. ſi à parente quis manum.* ejuſque pium ſimul & caſtum reſponſum refert. Si quis enim à parente manumiſſus, turpes perſonas, veluti meretricem, heredes feciſſet, totorum bonorum contra tab. poſſeſſionem parenti dari: & ſi turpis heres non eſſet inſtitutus, conſtitutæ partis, id eſt tertiæ partis poſſeſſionem dari, reſpondit. Cornelius Tacitus *Paconii* cujuſdam meminit, quem Italia depulſum fuiſſe cum Helvidio ſcribit XVI. *Annalium cap.* 33. alterius etiam *M. Paconii libro* 3. *ann. cap.* 67. qui Legatus C. Syllani fuit.

CAJUS CASSIUS LONGINUS.

CAſſia Longina gens plebeia fuit, ſed tamen antiqua & honorata, ut ex Faſtis apparet, à qua

qua originem traxit ſuam C. Caſſius Longi-
us, quem ex filiâ Tuberonis, quæ fuit neptis
ervii Sulpitii, natum eſſe tradit Pomponius
n dicta *l. 2. D. de orig. jur.* Hic autem majo-
um honoribus, qui ampliſſimi quidem & illu-
tres fuere, reſpondit. Conſulem enim eum
uiſſe cum Quartino, temporibus Tiberii,
dem Pomponius ſcribit. cujus tamen rei, an
um Quartino Conſul fuerit Cajus Caſſius
onginus, magna eſt inter auctores diſſenſio.
uſpinianus enim hunc locum mendoſum pu-
at, & cum *Q. Haterino*, non cum *Quartino*
egendum aſſerit. Quem tamen errare mani-
eſtò ex eo colligi poteſt, quod, ut ipſe fatetur,
Q Haterius 12. anno imperii Tiberii, C. Cal-
iſio & Cn. Getulico Coſs. mortuus ſit: Caſ-
ium autem Longinum nono aut decimo anno
oſt obitum ejus, Conſulem tantum fuiſſe, Fa-
i teſtentur. Neſcio tamen, quid extraordinariò
le extraoridinariis Coſs. cogitaverit vir eru-
litus. Juſtus verò Lipſius L. Caſſium, qui cum
M. Vinucio Quartino Conſul fuit anno urbis
Dcclxxxiii, alium eſſe putat ab hoc Caio Caſſio
ongino Juriſconſulto: erudite quidem hoc
lemonſtrat, contra Onuphrii, Antoniique
Auguſtini ſententiam: cùm tamen Pomponium
uriſconſultum dicentem, *C. Caſſium Longi-
um Conſulem fuiſſe cum Quartino temporibus
Tiberii*, erraſſe ſuſtinet: cogit me, & invitum,
ut

ut errorem ejus apertum declarem. Quid enim cùm animo meo hoc reprehenſionis genus: cogit me, inquam, laus & fama Pomponii, quam omnes juris ſtudioſi puram, & intactam conſervare debent, & adverſus obtrectatorum calumnias pertinaciter defendere. Nec enim verba Pomponii de *M. Vinutio & L. Caſſio Coſſ* interpretanda ſunt: nec Pomponii mens unquam hæc fuit: quæ opinio virum eximia eruditione præditum, pace ejus dixerim, fefellit. Sed Pomponius de iis loquutus eſt, qui *in Faſtis* Caſſiodori appellantur *Vinicius & Longinus*, qui Conſules poſt paſſionem ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti fuere. Qui quidem conſulatu de alio Longino, quàm de Caſſio Longino noſtro intelligi non poteſt, cum his temporibus auctores alium non memorent. Fuit quidem Longinus, cujus meminit Pomponius dicta *lege* 2. ſed ad eum conſulatus ille referri non poteſt, cum is ex equeſtri ordine ſub Veſpaſiano floruerit, & tantum ad præturam uſque pervenerit, auctore eodem Pomponio. Cajus autem Caſſius noſter plurimum auctoritatis in civitate habuit, donec C. Cæſar civitate eum expulit, ut eſt apud eundem Pomponium: quod propter nimiam ejus auctoritatem feciſſe credendum eſt, & confirmat Lætus de *magiſtrat. Romanis cap.* XXVI. expulſus Caſſius in Sardiniam deportatus eſt, dicta *lege* 2. §. 47. *de orig. jur.*

ur. Quæ omnia luculenter deſcribit Tacitus ib. XVI. *Annal. cap.* 7. & 8. quamvis Philippus Beroaldus *in Suetonium Tranquillum in Nerone* eum de quo Tacitus loquitur, alium ab o de quo mentionem facit Pomponius, exiſtimet: *Mprtem*, inquit Tacitus, *Poppeæ, ut palam triſtem, ita recordantibus lætam, ob impudicitiam ejus, ſævitiamque, nova inſuper invidia Nero complevit, prohibendo C. Caſſium officio exſequiarum, quod primum indicium mali, neque in longum dilatum eſt. Sed Silanus additur, nullo crimine; niſi quod Caſſius opibus vetuſtis, & gravitate morum, Silanus claritudine generis, & modeſtâ juventâ præcellebant. Igitur miſſa ad Senatum oratione, removendos à Republ. utroſque diſſeruit: Objectavitque Caſſio, quod inter imagines majorum, etiam C. Caſſii effigiem coluiſſet, ita inſcriptam* Duci Partium, *quippe ſemina belli civilis & defectionem à domo Cæſarum quæſitam. ac ut memoria tantum infenſi nominis ad diſcordias uteretur, aſſumpſiſſe L. Silanum juvenem genere nobilem, animo promptum, quem novis rebus oſtentaret. Ipſum dehinc Silanum increpuit iiſdem quibus patruum ejus Torquatum, tanquam diſponeret jam imperii curas, præficeretque rationibus & libellis & epiſtolis libertos: & inania ſimul, & falſa. Nam Silanus intentior metu, & exitio patrui, ad præcavendum exterritus erat: Inducit poſthac vocabulo indicum,*

cum, qui in Lepidam Caſſii uxorem, Silani ami-tam, inceſtum cum fratris filio, & diros ſacrorum ritus confingerent. Trahebantur ut conſcii Volcatius Tullinus, ac Marcellus Cornelius Senatores, & Calphurnius Fabatus Eques Romanus qui appellato Principe inſtantem damnationem fruſtrati, mox Neronem circa ſumma ſcelera diſtentum, quaſi minores evaſere. Tunc Senatuſconſulto Caſſio & Silano exilia decernuntur, de Lepida Cæſar ſtatueret: deportatuſque in inſulam Sardiniam Caſſius, & ſenatus jus expectabatur. Huic autem loco vulnus inflixerunt librarii, cui mederi non poſſe fatetur Juſtus Lipſius: quem tamen ſanare tentabo, licet in eo hæreat cicatrix. Legi itaque hæc ultima verba, *& ſenatus jus expectabatur*, corrupte in vulgaribus codicibus exiſtimo, reponendumque, *Nec ſenatus jus ſpectabatur*, i e probabatur. *Spectari* enim pro *probari* uſurpatum ſæpè legimus. Unde *ſpectatio* pro probatione pecuniæ à Cicer. *lib.* 3. *in Verrem cap* 78 ſumitur: *Ex omni pecunia quam aratoribus ſolvere debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant, primùm pro ſpectatione, & collybo: deinde pro neſcio quo cerario.* Quæ lectio, orationis ſenſui congruit: vulgata vero, aliena prorſus à mente auctoris, qui ſcribit Senatuſconſulto Caſſium, & Silanum exilio damnatos eſſe: Neronem autem in Inſulam Sardiniam deportaſſe Caſſium, Silanum ver

vero per Centurionem interfici juſſiſſe : atque
ta apparet ſenatus jus, vel judicium à Nerone
on probatum : *exilium* enim & *deportatio in
nſulam*, diverſa ſunt. *Exilii* nomen generale eſt,
uctore Martiano in *l.* 5 *D. de interdict.* quip-
pe & pro relegatione aliquando ſumitur, quæ
nulto mitior eſt deportatione. Nec in Silani
auſa judicium ſenatus à Nerone probatum,
um eum exilio à ſenatu damnatum, interfici
uſſerit. Conjecturam etiam noſtram juvat,
quod Ulpianus ſcribit in *l. 6. D. de interd. &
releg.* Principem ſolum in inſulam deportare
oſſe : ſi verò quis magiſtratus aliquem in inſu-
am deportandum putat, hoc ipſum Principi
cribere debet, miſſa plena opinione, ut Prin-
ceps æſtimet, an ſequenda ſit ejus ſententia. ſic
oc in loco ſenatus cenſuit, Caſſium & Silanum
xilio damnandos : miſſam ejus Neroni plenam
pinionem, credendum eſt, ut ſæpiſſimè ſcripta
nittitur : teſtis eſt præter alios, locus ille Taciti
b. XIV. *ann. cap.* 42. *& ſeqq.* quum de ſervis apud
enatum agebatur. *item c.* 49. Quia tamen indita
œna ſatis dura Neroni non videbatur, non
pectavit jus ſenatus, ut ſupra demonſtravimus.
Hoc remedium huic loco tam dilaniato impo-
endum putavi : quod quidem ſi totum penitus
on ſanat, non tamen exulcerat. Caſſius ita-
ue in Sardiniam contra jus ſenatus deportatus
ſt à Nerone, ſed revocatus poſt ejus mortem à

Veſpaſiano, ut teſtatur Pomponius *d l. 2.* Antequam autem deportaretur, Syriæ præfuit Narſo ſuccedens, cumque ibi præeſſet, à Claudio Cæſare Meherdatem juvenem, qui re Parthiæ ab eo datus erat, ad Euphratis ripa deducere jubetur. Stolam etiam ſacerdotale Pontificis Judæorum, quæ antea à Tiberio Judæis reddita erat, Romanis cuſtodiendam d dit. *Ea tempeſtate Caſſius cæteros præemineba peritia legum: nam militares artes per otiu ignotæ, induſtrioſque ac ignavos pax in æq tenet. Attamen quantum ſine bello dabatur revocare priſcum morem, exercere legiones, cur proviſu, agere perinde ac ſi hoſtis ingrueret: i dignum majoribus ſuis, & familia Caſſia rat per illas quoque gentes celebrata*, ut ſcribit Tac tus *lib.* XII *annal. cap.* 12. Cæterum luminib orbatum Caſſium fuiſſe, legimus apud Suet nium Tranquillum *in Nerone*, *cap.* 37. qu quidem orbitas ſeveritatis magnæ indiciu luculentum eſt: ſic Caſcellium diximus, ſic A pium omnes norunt, ſic Catulum Meſſallinu luminibus orbatum teſtatur Plinius *lib* 4. *epi* 22. Tanta enim Caſſii in jure dicendo ſeve tas erat, ut tribunal ejus, *reorum ſcopulus* appe laretur: quam deinde ipſe cognovit ad ſeda dos motus maximè nocuam. Cùm enim P teolani ſeditionem concitaſſent, Caſſiuſq adhibendo remedio delectus eſſet, quia ſeve

tate

:atem ejus non tolerabant, precante ipſo, ad
Scribonios fratres cura transfertur, ut auctor eſt
Tacitus *lib.* XIII. *Annal. cap.* 48. qui *eodem libro*
cap. 41. tradit, cum Neroni, propter victoriam
ab Artaxatis reportatam, arcus, continui conſu-
latus, ſtatuæ decretæ, & ut inter feſtos dies re-
ferretur, quo patrata victoria, quo nunciata, quo
relatum de ea eſſet; C. Caſſium de cæteris ho-
noribus aſſenſum; ſi pro benignitate fortunæ
Diis grates agerentur, ne totum quidem annum
ſupplicantibus ſufficere, diſſeruiſſe: eoque
oportere dividi ſacros, & negotioſos dies,
queis divina colerentur, & humana non impe-
dirent. Fuit autem Caſſius Longinus Sabinia-
næ ſectæ: Sabino enim ſucceſſit, auctore Pom-
ponio in *l.* 2. *D. de orig. jur.* *§. ult.* Sabinumque
Caſſii magiſtrum vocat Paulus *lib.* XIII. *ad edi-*
ctum in l. 19. *§.* 2. *de recept. arb.* ubi ingenui, &
probi animi memorandum, multiſque noſtri ſe-
culi auctoribus imitandum exemplum traditur.
Cùm enim Sabinus ſcripſiſſet, arbitrum muta-
re poſſe ſententiam, hocque contra juris civilis
regulas reſponſum eſſe videretur: tantum abeſt
ut Caſſius eum reprehenderit, ut ſententiam
magiſtri ſui totis animi viribus excuſaſſe eum
teſtetur Paulus: ſcilicet de ea ſententia Sabinum
non ſenſiſſe, quæ arbitrium finiat; ſed de præ-
paratione cauſæ: neque imitatus eſt Ariſtote-
lem, de quo conqueritur Plato apud Ælianum

lib. 4. *var. hiſtor. cap.* 9. eum ad inſtar mul feciſſe, qui cum ſaturatus eſt lacte materno calcibus petit matrem. Caſſius præterea noſter *Caſſianæ ſcholæ* auctor, & parens fuit, ejuſqu domus temporibus Trajani, à Quadrato clar oratore poſſeſſa fuit ex teſtamento Quadratilla aviæ ſuæ, auctore Plinio *lib. 7. epiſt* 24. Cuju verba hic apponere æquum eſſe duxi, quonian id laudi, honorique Caſſii non parum condu cit: *Lætor*, inquit, *etiam quod domus aliquan do C. Caſſii, hujus qui Caſſianæ ſcholæ princeps & parens fuit, ſerviet domino non minori. Imple bit enim illam Quadratus meus, ut decebit, rur ſuſque ei priſtinam dignitatem, celebritatem gloriamque reddet, cum tantus orator inde pro cedet, quantus ille Juriſconſultus.* Caſſiu denique multos ſcriptis mandavit libros.

Apud. Urseium.

qui citantur ab Ulpiano in *l. quid tamen* 1c *§. 5. D. quib. mod. uſusfr.*

Juris. Civilis. libr. x.

Tot enim fuiſſe exiſtimo: nam ex Caſſio *lib.* 8 juris civilis hæc deſumpſit Ulpianus: *fructua rium per arbitrum cogi reficere, quemadmodun ſubſerere cogitur arbores* (*l. 7. § . 3. D. de uſufr.* *& aucupiorum, & venationum reditum ad fru ctuarium* (*l 9. §. 5. eod. tit.*) *& carnem fætu demortui ad fructuarium pertinere* (*l. 70. §.* 2 *d. t.*) Ulpianus etiam Caſſium *lib.* x. jur. civi

li

is dixiſſe ſcribit: *Si gregis, vel armenti ſit uſusfructus legatus, nec uſufructuarius ex natis gregem ſuppleat, teneri eum proprietario.* Ex quibus apparet, Caſſium his in libris de uſufructu ſcripſiſſe.

PLAUTIUS.

DE Plautii vita nihil conſtare Forſterus ſcripſit; fit tamen mentio Plautii Sylvani *in Faſtis*, qui Conſul fuit tertio anno imperii Antonini Pii, cum Julio Severo, & ab urbe condita 894. ſecundum Gregorium Haloandrum. Plautiis etiam, Sylvanorum nomen fuiſſe oſtendit Onuphrius. Ad eum Jabolenus ſcripſit libros v. Julius Paulus libros XVIII. Ex quorum *primo*, eſt *l Plautius* 61. *D. de procur.* ex VIII. *l. Plautius* 43 *D. de condit. & demonſtrat.* ex IX. *l. qui heredi* 44. *eod. tit.* & *l. Plautius* 8. *D. de auro & arg. leg.* Ex XII. *l. Plautius* 49. *D. ad leg. Falcid.* Ex ejus ſcriptis quoque eſt *§. fin. l. ſi proprietarius* 22. *D. de damno infecto.* Tribuitur etiam ei *§. Plautius* 1. *l. ſi proprietarius* 21. *D. eod. tit.* apud Plautium autem omnes juris auctores conſenſiſſe Ulpianus ait in *l.* 1. *§. interdum* 3. *D. de uſufr. accreſc. Vſufructum ſcilicet conſtitutum, & poſtea amiſſum, nihilominus jus accreſcendi admittiere.* Omnes autem juris auctores, interpretabimur u-

 triuſ-

triuſque ſectæ, tam Proculeianos, quàm Caſſianos.

VINDIUS.

ULpianus *lib.* XI. *ad edict. in l.* 11. §. 2. *D. de minor.* Vindii cujuſdam meminit: ſed tamen alius eſt, ab hoc noſtro Juriſconſulto. Ille enim temporibus Alexandri Severi vixit: hic temporibus Divi Pii floruit. Capitolinus enim Antoninum Pium Imperatorem ejus conſilio uſum ſcribit. *cap.* 12. *in ejus vita.* Unde apud Ælium Spartianum *in Hadriano. cap.* 15. hunc locum corruptum puto. *Vindium Quadratum, & Catilium Severum, & Turbonem graviter inſequutus eſt:* nullus enim *Vindius Quadratus* apud auctores reperitur, minuſque *Numidius*; quemadmodum corrigendum eſſe putavit Cuſpinianus *in Faſtis.* Reſtituenda igitur putarem hæc verba ſic: *Vindium*, cum virgula, quæ nomen ſeparatum ſignificet *Quadratum, & Catilium Severum:* hæc enim lectio literæ corruptæ prorſus conveniens eſt. Quæ tamen ſi nimis ardua videtur, ſic poſſe etiam legi exiſtimo: *A. Julium Quadratum.* Eſt enim lapis in radice Cælii montis inventus, in quo ita ſcriptum eſt: T. JULIO. CANDIDO. II. A. JULIO. QUADRATO. II. COSS. *Vindius Varus* dicitur ab Calliſtrato *l.* 3. *D. de teſt.* qui ſub

D. Ha

D. Hadriano Ciliciæ fuit legatus, ad quem ipſe Hadrianus epiſtolam miſit. Vindii autem teſtimonio Mætianus, Paulus, Ulpianuſque uſi ſunt in *l. 2. § ſi abſens D. ſi ex nox. cauſa ag. Juriſgeutium 7. §. ſed ſi ſervus. 18. D. de act. l ſi quis 5. D. de jud.* ex qua intelligitur,

De. Prætoris. Edicto

nonnulla edidiſſe, &

De. detractione. falcidiæ.

ex *l. pœnales 32 § 4. D. ad leg. Falcid.* in qua Mætianus illum vocat *ſuum*: ex qua Vindium Caſſianæ ſectæ fuiſſe, non pigebit dicere.

VALERIUS SEVERUS.

L. Valerii Juriſconſulti mentionem facit Cicero *lib.* III *epiſt.* I. *ad familiares*, quem commendat Appio Pulchro: ſed alius eſt à noſtro Valerio Severo, quem ſub Antonino Pio vixiſſe exiſtimo. Extat enim Antonini Pii reſcriptum ad Severum in *l.* I. *C. de procurat.* Quapropter legendum arbitror apud Julium Capitolinum dicto *cap.* 12. *Vindio*, *Severo*, *Salvio*, *Valente*. *Severo* non *Vero*, cum quod Verus nemo unquam Juriſconſultus fuerit: tum quod Capitolinus illum cum Salvio Juliano conjungat. Julianus autem Valerii Severi reſponſum affert *lib.* 3. *Digeſt. in l. ex facto* 30. *D. de negot. geſt.* Sicuti ſæpiſſimè Juriſconſul-

tos reſponſis vel ſententiis coætaneorum Juris-peritorum uti, in Pandectis legimus. Hic autem error ut loco *Severi* apud Capitolinum *Veri* nomen ſcriptum fuerit, facilè librariorum ignorantia irrepſit ſicut & in multis Pandectarum capitibus loco *Severi & Antonini* Impp. *Veri* & *Antonini* corrupte legitur. Sic quem anno ab urbe condita 879. Faſti Græci Conſulem *Severum* habent, in Caſſiodori Chronicis *Verum* corrupte legimus. Nec obſtat, quod Calliſtratus *Valerii* cujuſdam *Veri* mentionem faciat ad quem de excutienda fide teſtium Hadrianum Imp. reſcriptum mandaſſe ſcribit in *l. teſtium* 3. *D. de teſtib.* Hæc enim ad Juriſconſultum noſtrum referenda nullo modo ſunt, quod mendoſum illud nomen hac in lege eſſe certum ſit: in quibuſdam ſiquidem codicibus *Valerius Varus* legitur, & in Haloandri, *Valerianus Verus*, quæ lectio receptior eſt, licet non penitus integra. Nihil enim de Valeriano Vero apud auctores reperitur. Augurarer itaque *Valerianum Verum* vitiosè, pro *Valerio Veranio* legi hac nominum tranſpoſitione facta, quod ſæpiſſime Typographorum incurioſa facit inſcitia. Valerii enim Veranii meminere auctores, & præcipuè antiqua quædam inſcriptio, (*extat hæc apud Gruterum in inſcript. pag.* 108.) qua ſub imperio Hadriani Hibero Coſ. honeſta militia miſſum fuiſſe eum teſtatur. Arrii etiam

Se-

Severi fit mentio ab Ulpiano in *l.* XI. *D de minor.* quem præturam exercuiſſe hoc ex loco conſtat: ſed alium ab hoc noſtro, ſeries temporum affirmare nos cogit: cum illum ſub Alexandro Severo floruiſſe appareat ex verbis Ulpiani, *Arrius Severus quia dubitabat ad Imperatorem Severum retulit*, i. e. ad Alexandrum Severium, qui XIV. curatores urbis fecit, auctore Lampridio *cap* 33 in ejus vita. Attamen hoc nomen *Arrii* hac in lege mendoſum eſt: nonnulli emendant *Demetrius*, alii, *Decius*. Sed Prætores illos fuiſſe nunquam legi, nec apud hiſtoriæ Latinæ ſcriptores eorum mentio temporibus illis congruens ulla ſit: exiſtimarem legendum *Annius Severus*: nec enim difficillimè pro *Annius* exaratum eſt *Arrius*. Annium autem Severum Alexandri Severi temporibus vixiſſe conſtat, & Gordiani ſenioris ſocerum fuiſſe apud Julium Capitolinum *in Gordianis. cap.6.* Fit etiam mentio *Rutilii Severi* in *l.* I. *princ. D. de ventre inſp.* qui ſub DD. fratribus vixit, & Severi meminit Ulpianus in *l.* 4. *D. de in jus voc.* ubi quidam *Servium* reponendum putant, moti fortaſſe eo, quod Ulpianus ſupra, Labeonis auctoritate uſus ſit. Cæterùm Valerium Severum de jure reſpondiſſe Julianus ait in *d. l. ex facto* 3 *D. de negot. geſt.* Ejus ſcripta probavit Ulpianus in *l. filiusfamilias* 8. *verſ. ſed & filiafamilias. D. de procurat.* & in *l.* I. *§. quæſitum*

eſt 21. *D. de aqua quotid & æſtiva.* Nec omittendum corrupte in codicibus Gothofredi, Severi mentionem fieri in *l. qui concubinam* 29. *§.* 1. *D de legat.* III. quod ſatis innoteſcet ex auctore illius capitis. Quî enim fieri poteſt, ut Labeo Severi mentionem faciat, cum Severo multo antiquior ſit? Apparet etiam ex aliorum Juriſconſultorum nominibus quorum ſententiæ referuntur, hoc veriſſimum eſſe, & pro Severo *Servium* legendum.

PEDIUS.

HUnc *Sextum Pedium* vocat Paulus in *l. non diſtinguemus* 32. *§. penult. D. de recept. arb.* & in *l. ſi ſervum* 33. *D. ad leg. Aquil. & Ulpianus in l. de pupillo* 5. *§. & belle* 9. *D. de oper. novi nunciat.* Quem conſtat ante tempora Ulpiani vixiſſe, ex *l. verum* 63. *§ ſi ſervo* 9. *D. pro ſocio*, & inter Salvium Julianum, & Sabinum ex Ulpiano in *l.* 63. *D. eod.* apud quem Julianus ſcribit Sextum Pedium referre reſponſum Sabini, ſic enim legendum eſt: *& ait Julianus Sextum Pedium referre Sabinum reſpondiſſe:* non ut in vulgatis codicibus corrupte: *Et ait Julianus lib.* 6. vel ut in aliis, *Sextum Pomponium referre Sabinum reſpondiſſe.* Julianus enim Pomponio erat antiquior, atque ita Pomponii auctoritate uti non poterat. Pedium quidem

lem ſub Imperatoribus vixiſſe, apparet ex Ulpiano *lib. 51. ad edictum, in l. 5. D. de oper. novi nunciat.* eum tamen alium puto ab hoc Pedio, quem Perſius oratorem in *Satyra* 1. *verſ.* 85. deſcribere videtur.

Fur es, ait Pedio, Pedius quid? crimina raſis
Librat in antithetis, doctas poſuiſſe figuras
Laudatur.

lium etiam ab illo Pedio Blæſo, qui ſub Nerone eptundarum damnatus eſt *Tac.* XIV. *ann. cap.* 8. Hunc autem ſcripſiſſe conſtat

AD EDICTUM. LIB.

Ex multis Juriſconſultorum locis ex *l. ſi pupilli.* 6. *§. item quæritur* 9. *D. de negot. geſt. l.* 1. *D. de dol. mal. l. item ſi* 4. *§. Pedius* 2. *D. de alien. judic. mut. cauſa fact. l. Pedius* 7. *l. Pomponius* 13. *§. recepiſſe* 2. *D. de recep. arbitr.* ad quos referenda videntur, quæ ex *Pedii lib.* XV. referuntur ab Ulpiano in *l. quàm Tuberonis* 7. *§. pupillum autem* 3. *D. de pecul.* & in *l.* 1. *§. licet* 1. *D. de tribut. act.* Citatur à Paulo *liber* XXV. *Pedii* ad edictum, in *l. ſed cum patrono* 6. *§. fin. D. de bonorum poſſeſ.* aſſeverantis *notas, literas non eſſe*; quod impulit Paulum ad credendum, notis tabulas ſcriptas edicto non contineri. Et ad hos *libros ad edictum* referenda ſunt, quæ de eo dicuntur ab Ulpiano in *l.* 3. *D. ne quis eum qui in jus voc.*

LÆLIUS.

Vixiſſe Hadriani temporibus hunc Lælium conſtat ex Pauli ſcriptis in *l. antiqui* 3. *D. ſi pars hered. pet.* eumque vidiſſe in palatio liberam mulierem, quæ ab Alexandria perducta erat, ut Hadriano oſtenderetur cum quinque liberis, ex quibus quatuor eodem tempore enixa dicebatur, quintum poſt quadrageſimum diem. idem hoc contigiſſe ſub Antonino refert Capitolinus *in Antonino Pio cap* 9 Hanc Serapiam vocari conſtat ex Cajo in *l.* 7. *D. de reb. dub.* Ex his notandum eadem ætate qua Julianus Lælium vixiſſe: & Paulum maluiſſe, Lælii in hac hiſtoria enarranda uti auctoritate, quam Salvii Juliani: licet eandem ſuis ſcriptis inſeruerit ad Urſeium Ferocem, ut colligere eſt ex *l.* 36. *D. de ſolut.* hac utique maximè ratione, ut exiſtimo, quod Lælius eam Alexandrinam fœminam ſe vidiſſe, cum oſtenderetur Hadriano, teſtetur: Salvius autem qui tunc temporis Romæ non erat, hoc ſibi in Ægypto affirmatum tantum aſſerat, atq; ita in iis quæ extra communem naturæ regulam contingunt, magis oculis, quàm auribus credendum eſſe nos admonet. Ex iis autem quæ dicta ſunt à nobis, quis non conjiciet, Lælium Hadriano Imperatori perquam familiarem fuiſſe. Idem Paulus in *l. poſtquam.*

43.

13. *D. de hered. petit.* ſententiam ſuam *Lælii* auctoritate comprobavit, ſi credimus Labitto, ſed tamen *Ælii* lectionem retinendam puto. Aulus Gellius meminit cujuſdam *Lælii Felicis*, qui *de comitiis* tractavit, & Modeſtinus *Lælii Baſſi.*

ATILICINIUS.

PAulus, Ulpianus, & Pomponius Atilicinii meminerunt in *l. 4. §. 4. D. ſi quis caut.* in *l. ſi unus 27. princ. D. de pact. l. mutus 43. §. 5. D. de procurat. l. poſtquam 43. D. de petit. hered. l. & Atilicinius 35. D. de ſervit. ruſtic. præd. l. quod ſi 28. D. de relig. & ſumpt. fun l. quamvis convenerit 6. princ. D. de pignorat. act.* Maximæ auctoritatis doctrina ejus fuit apud Juſtinianum. In *inſtitutionibus* enim *tit. de hered. inſtit. in princ.* ait ſe conſtitutionem ediſſe, qua *ſervos proprios inſtituere licet ſine libertate:* quod & æquius, inquit, erat, & Atilicinio placuerat. Magnam autem illi cum Proculo Juriſconſulto neceſſitudinem interceſſiſſe, tantique feciſſe Proculi judicium conſtat ex *l. Atilicinius 17. D. pact. dotal.* ut illum per epiſtolam aliquando conſuluerit; & ſæpè citantur convenientes eorum ſententiæ in *l. ergo 5. D. de ſervit. ruſtic. præd.* in *l. quid tamen 21. §. ſi quis 3. D. de recep. arbit.* in *l. ſi ſervus 17. D. de pecul.*

Cæ-

Cæterùm de jure eum reſpondiſſe, cum Nerva filio probat. *l. qui ſe debere 7. D. de condict. cauſa data cauſa non ſequuta.* de eo enim explicandus eſt locus ille. Quare in *l. ſi quis 6. §. ſi quid 8. D. communi divid.* ſuo loco ſcriptum non eſſe nomen *Atilicinii* augurarer: nec cum *Sabino* conjungendum, ſed cum *Nerva*, & *Sabinum* pro *Nerva* ſupra reponendum. Neque enim Sabinus, & Atilicinius ejuſdem ſcholæ fuere ſed Nerva, & Atilicinius: atque ita eos eadem ſenſiſſe veriſimilius eſt, & de eadem re ſimul reſpondiſſe. Atilicinii tamen ſententiam improbatam fuiſſe Ulpianus ſcribit in *l. item liberatur 6. §. ult. D. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolv* exiſtimantis, *ſi ſatiſdetur alicui certæ pecuniæ recedere eum à pignoribus debere.*

OCTAVENUS.

CUjus Imperatoris ætate Octavenus vixerit facilis non eſt negotii explicare. Pomponius quidem, *cum Ariſtone*, qui temporibus *Trajani* vixit, eum conjungit, & utriuſque ſententiam affert. Non enim hic Accurſium ſequendum puto, qui Pomponium hanc epiſtolam *ad Octavenum & Ariſtonem* ſcripſiſſe exiſtimat eorum ſiquidem ſententiam tantum profert de hac quæſtione, quam ipſe propoſuerat: quod ex verbis ipſius legis facilius probabitur, qu

e

eſt 20. *D. de fideic. libert.* Paulus autem, & Ulpianus Octaveni mentionem faciunt in his capitibus, quæ ex eorum *ad edictum* libris excerpta eſſe inſcriptiones oſtendunt in *l. ſi familia 9. verſ. Octavenus D. de juriſdict. l. quod ſi in diem 16. princ. l. item videndum 18. D. de petit. hered. l. qui iter 2. D. quemadm. ſervit. amitt. l. neceſſario 8. princ. D. de peric. & commodo rei vend. l ſi in rem 6. D. de rei vindic at. l. electio 26. § penult. D. de noxal. act. l. non diſtinguemus 32. §. ſi ſervus 8. D. de recept. arbit. l. item videndum 18. princ. D. de petit. hered. l. ſi ſervus 27. §. ſi olivam 25. D. ad leg. Aquil.* Unde conjici poteſt, AD EDICTUM quædam illum ſcripſiſſe, & Pomponium ejus ſcriptis maximè delectatum.

SEXTUS CÆCILIUS.

CÆcilios multos fuiſſe doctos, ſcriptoreſque, omnibus notum eſſe puto. Hic autem *Sextus Cæcilius* ut teſtatur Gellius *lib. 20. cap. 1. in diſciplina juris atque legibus pop. Romani noſcendis, interpretandiſque, ſcientia, uſu, auctoritatèque illuſtris fuit.* Unde colligimus, malè Cæcilio cuidam Gallo in dictionariis & theſauris Latinis, hæc Gellii verba tribui, cum *Ælium Gallum*, non *Cæcilium Gallum*, legendum eſſe apud Macrobium *lib. 6. Saturn. cap. 8.*

cap 8 & apud Gellium *lib.* 16. *cap.* 5. ſupra *in Gallo* dixerimus: neque Bernardinus Rutilius audiendus, eſt, qui eum, cujus mentio fit *in Pandectis* à juris auctoribus, *P. Cæcilium* quendam *Servii auditorem* fabulatur. Cæterùm cum Sextus Cæcilius in area Palatina ſalutationem Cæſaris operiretur, ad eum Philoſophus Phavorinus acceſſit, colloquutuſque eſt ei, Gellio, multisque aliis præſentibus: atque in illis ſermonibus orta eſt inter eos quæſtio legum xii tabularum, quæ decemvirales appellantur. Ubi cum Phavorinus obſcuritatem earum legum damnaret, hoc præclarum verbum Cæcilius pronunciavit: *Obſcuritates legum non aſſignari debere culpæ ſcribentium, ſed inſcitiæ non aſſequentium.* Ex quibus colligimus LEGES XII. TABUL. eum apprime calluiſſe, & earum præcepta maximè probaſſe. Unde non immerito à Juſtiniano in *l.* 1. *princ. C. de communi ſervo manum.* Cæcilius *juris antiqui conditor* appellatur. Quamvis in nonnullis codicibus, legatur eò loci *Sextus Ælius.* Cæcilii tamen lectio verior eſt, & probatur ab Haloandro, & à Cujacio *lib.* 7. *cap.* 25. *obſervat.* Scripta autem Cæcilii Papinianus, Ulpianuſque probaverunt in *l. Titio centum* 71. *D. de condit. & demonſtr.* in *l. proſpexit* 12. §. 6. *qui & à quibus manum.* in *l. ſi poſtulaverit* 28. §. *ſi liber* 5. *D. ad leg. Jul. de adulter.* Ex qua conjici poteſt

quæ

quædam edidiſſe illum *ad legis* JULIÆ DE ADULTERIIS *explicationem*, ad quam conjecturam amplectendam magis impelletur, ſi quis huic legi, *legem ſi uxor* 13. *D. eod. tit.* conjunxerit. Ex qua etiam intelligitur, fuiſſe Cæcilium ſtudioſum Homericæ lectionis. Hunc enim verſum Homeri affert ex *lib.* IX. *Iliados* deſumptum.

Η μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων
Ἀτρεΐδαι;

Præterea Cujacius in *l. frater à fratre* 38. *D. de condict. indeb.* Proculeianum eum fuiſſe putat.

URSEIUS FEROX.

FUit quidam Ferox temporibus Hadriani, vir rectus, & ſanctus, quem Coſ. fuiſſe ex epiſtola Plinii ad Arrianum *lib.* 2. *epiſt.* 11. colligere poſſumus; qui etiam curator alvei, & riparum fuit; alius tamen ab hoc noſtro: & ad id cogitandum moveor, quod *Tit. Julius Ferox* appelletur, ut ex veteri quadam inſcriptione apparet: noſter autem *Urſeius Ferox*, ad quem *Julianus libros quatuor* ſcripſit, quorum it *in indice Juſtinianeo* mentio. In quibus notaſſe quædam Julianum ex Urſeii libris, conſtat ex *l. ſi quis* 6. *§. Urſeius ait. ult. D. communi divid.* Quod & *Caſſius* feciſſe videtur, ex *l. quid tamen* 10. *§. ſi maſſæ* 5. *D. quib. mod. uſusfr. amitt.*

T his

his verbis: *Caſſius apud Urſeium ſcribit.* Quæ haud dubiè intelligenda eſſe de C. Caſſio, indicat *l.* 1. *§. quodſi patronus* 10. *D. quarum rerum actio non det.* in qua ita ſcriptum eſt: *Et Caſſius exiſtimaſſe Urſeium refert.* Urſeii quoque mentio fit in lege *ſi ſervus* 27. *§.* 1. *D. ad leg. Aquil.* ex qua Proculeianum eum fuiſſe augurarer, & in *l. ſupra iter* 11. *§. apud Ferocem* 2. *D. de aqua pluvia arc.*

PAPIRIUS FRONTO.

FRontonis cognomen *à fronte* impoſitum eſſe ſcribit Cicero *lib.* 1. *de natura Deorum cap.* 29. Multi autem Frontones fuere. Fuit Octavius Fronto, quem prætura functum ſcribit Tacitus *lib.* 11. *annal. cap.* 33. fuit & alius Fronto, quem Martialis *lib.* 1. *epigram.* 55. vocat

Clarum militiæ togæque decus.

Frontonis etiam inſignis cujuſdam Oratoris meminit Euſebius *in Chron.* qui M. Antoninum Verum Latinis literis erudivit, quem eum eſſe puto, de quo loquitur Julius Capitolinus *in M. Antonino Philoſopho. cap.* 2. quem multo in honore Antoninum habuiſſe, & à Senatu ſtatuam ei petiiſſe ſcribit. Cæterùm hunc Papirium Frontonem, nepotem eſſe Oratoris illius exiſtimo, qui M. Aufidii Frontonis pater fuit, quem Conſulem cum P. Cornelio Anulino

ir

mperante Septimio Severo commemorat Caſ-
iodorus *in Chronicis.* nihil enim eſt, quod
uic ſententiæ repugnet. Quin & inſcriptio ab
)nuphrio *in Faſtis ad A.V.C 952.* relata. Fron-
onem illum ſimpliciter nominat, nullo adjecto
rænomine, vel agnomine. Ita & in ea quæ eſt
pud Gruterum *in inſcript. p. 369.*

M. AUFIDIO. FRONTONI.
PRONEPOTI.
M. CORNELI. FRONTONIS.
ORATORIS. COS.
MAGISTRI. IMPERATORUM.
LUCI. ET. ANTONINI.
NEPOTI. AUFIDI. VICTORINI.
PRÆFECTI. URBIS. II. COS.
FRONTO. COS.
FILIO. DULCISSIMO.

uriſconſultus autem noſter ad illius Frontonis
empora referri poteſt. Neque enim quod le-
itur in *l. fin. D. de acquir. hered. Ariſto in de-
retis Frontinianis ita refert*, intelligi debet, ut
riſtonem decreta Frontiniana compilaſſe di-
amus: licet Labittus ejus ſententiæ aſſertor
uerit. Ariſtonem enim Frontone recentiorem
uiſſe ſequeretur: quod tamen incongruum,
um eum ſub Trajano vixiſſe certum ſit: ſed
æc verba ſic explicabimus, ut Frontonem *libros
ecretorum* compoſuiſſe cenſeamus, & in iis *ex
riſtonis libris & opinionibus* nonnulla retu-

 liſſe;

liſſe; atque eo modo Ariſtonem in decret. Frontinianis ita referre, rectè dicemus. Cætc rùm Sidonius Apollinaris *lib.* 4. *epiſt.* xxı Frontonis cujuſdam meminit, qui tamen aliu eſt ab hoc noſtro Juriſconſulto. Meminit etiar Gellius M. Frontonis, qui ſermonem cur Phavorino Philoſopho Academico, de gener bus colorum habuit. quæ agitatio latiſſimè de ſcribitur *lib.* 2. *cap.* xxvı. Fuit & Licinius Fror to, cui per fideicommiſſum Philinus heredita tem dedit, ſi filius ſine liberis vita decedere *l.* 1. *C. de pact.* quæ eſt Severi & Antonini: a quem reſcribunt iidem Imperatores in *l. eu qui* 13. *C. ſi cert. pet.* ſed alius etiam eſt a hoc noſtro Juriſc. Forte & is, cui reſcribit Ulpi nus in *l.* 45. *D. de ſolut.* Unde in *l.* 52. *D. d manumiſ. teſtam.* hæc verba: *Impp. Severus e Antoninus Miſsenio Frontoni* corrupte legu tur. reponendumque *Licinio Frontoni* quor dam putavi. Sed malo nunc ex Suida in verb φρόντων legere *Emiſſeno*, qui ſic ſcribit: Φρόντων Ἐμ σηνὸς ῥήτωρ. γεγονὼς ἐπὶ Σεβήρου τοῦ βασιλέως ἐν Ῥώμ *Fronto Emiſenus orator ſub Severo Imperato Romæ fuit.* Facile enim pro *Emiſeno*, *Miſen* librariorum, vel typographorum ignorant exarari potuit. Scripſit autem Fronto noſter

Decreta.

ut ſupra diximus.

Responsorum. lib. iii.

Te

Tertius citatur in *l. liberorum* 22. §. 1. *D. de verb. ſignificat.* ad quos referri debent, quæ in fine *l. navis.* 4. *D ad leg. Rhod. de jactu* poſita ſunt à Calliſtrato. Eleganter etiam illum dixiſſe Martianus refert in *l.* 40. *D. de pecul. peculium eſſe ſimile homini quod naſcitur creſcit, decreſcit moritur.* Citatur quoque ab eodem in *l. filius-familias* 114. §. *quid ergo* 7. *D. de legat.* 1.

MELA.

FAvium Melam eum appellat Ulpianus in *l.* 1. § *unde Favius* 12. *D. de cloacis.* eumque ſolus Modeſtinus reprehendit in *l. Mela* 14. *D. de aliment. vel cibar. legat.* Ejus tamen ſententiam ſequuti ſunt Paulus, & Ulpianus ſæpiſſimè in ſuis ad edictum libris, ut videre eſt ex *l.* 2. § *ſed utrum* 6. *D. de judic. l. ſi ſervus* 27. § *ſi quis ſervum* 34. *l. per hoc* 4. §. 1. *D. commun. divid. l. ſumma* 21. *D. de pec.* & aliis, quæ Pandectas pervolventi cuique occurrere poſſunt. Quocirca ſatis eſſe argumenti videtur Melam conſcripſiſſe,

AD. EDICTUM. LIB.

Numerum non affirmo: ejus tamen *liber decimus* citatur in *l. ſi ſoluturus* 39. *D. de ſolution.* ab Africano *lib.* 8. *quæſt.* Qua ex re conjicere poſſumus, Africanum poſt Melam vixiſſe.

MECIUS.

MEcii Juriſconſulti mentio fit à Paulo in *l. fin. D. de jure fiſci*, quæ documento eſſe poteſt, illum fuiſſe cum Papiniano, Julio Paulo, Claudioque Triphonio Juriſperitis, ejuſdem Imperatoris aſſeſſorem, unaque cum illis ſententiam dixiſſe ſuam, cum ipſe Imperator cognoſcens decerneret. eumque Conſulem fuiſſe cum Turpilio Dextro exiſtimo, ut ex veteri epigrammate apparet, quod eſt Tibure, quodque profert Onuphr. *lib.* 2. *Faſt. ad A.V.C.* 778. & Gruterus *inſcript. pag.* 49. ubi *M. Mæcius Rufus* appellatur. Alium tamen ab eo Mecio, cujus meminit Horatius *de arte poëtica verſ.* 387. quem Ægypto præficere Domitianum in animo habuiſſe ſcribit Suetonius *in Domitian. vita cap.* 4. & qui tam formoſus ſibi videbatur, ut inde ortum ſit illud Domitiani dictum: *Vellem tam formoſus eſſe quàm Mecius ſibi videtur*; ad quem Statius Papinius *lib.* III. *Sylvarum.* 2. carmen ſcripſit, eumque *Mecium Celerem* vocat. Fuit etiam alius Mecius, qui ſub Hadriano curator alvei, & riparum Tiberis, & cloacarum urbis fuit, ut ex veteri inſcriptione Neapolitana, quæ eſt apud Onuphrium, item Gruterum *pag.* 433. conſtat *M. Mæcio Præf. Annonæ urbis ſacræ cum jure gladii.* &c. Mecii Probi meminit

minit Ulpianus *lib. x. de. offic. Proconſ.* in *l. 7. §. 10. D. de interd. & releg.* ex qua eum Præſidem Provinciæ Hiſpaniæ fuiſſe, & Ulpiani coætaneum apparet.

CAMPANUS.

COcceius Campanus Juriſconſultus iſte nominatur, ex Cocceiorum familia Romæ ſatis cognita ortus: temporibus Severi & Antonini vixit; ad quem illi reſcriptum mandavere, quod extat apud Martianum *lib. 4. inſtit. in l. ſi quis 29. D. ad Senatuſc. Treb.* & apud Juſtinianum in *inſtitut. §. 3. tit. quib. mod. teſtam. infirm.*

ARISTO.

TEmporibus Trajani Imperatoris vixit Ariſto, & maximè floruit; cujus etiam conſilio Trajanum uſum eſſe colligimus ex *l. fin. D. ſi quis à parente fuer. manumiſ.* in deneganda bonorum poſſeſſione patri, quod malè contra pietatem filium affeciſſet. Magna inter eum & Plinium juniorem interceſſit amicitia, & familiaritatis neceſſitudo, ut ex Plinii *libro* 8. *epiſt.* 14. dijudicari poteſt, à quo, ſi doctrinæ, virtutis, & morum Ariſtonis cognitionem adipiſci nonnullam optamus, eam omnino hauriendam

 puto:

puto: *Nihil eſt*, inquit, idem de Ariſtone loquens Plinius *lib.* 1. *epiſt.* 22. *illo gravius, ſanctius, doctius. ut mihi non unus homo, ſed literæ ipſæ, omneſque bonæ artes, in uno homine ſummum periculum adire videantur. Quam peritus ille privati juris & publici! quarum rerum, quantum exemplorum, quantum antiquitatis tenet! Nihil eſt quod diſcere velis, quod ille docere non poſſit. Mihi certè quoties aliquid abditum quæro, ille theſaurus eſt. Iam quanta ſermonibus ejus fides! quanta auctoritas! quàm preſſa & decora cunctatio! Quid eſt quod non ſtatim ſciat, & tamen plerumque hæſitat. dubitat diverſitate rationum: quas acri, magnoque judicio ab origine, cauſiſque primis repetit, diſcernit, expendit. Ad hoc quàm parcus in victu! quàm modicus in cultu! Soleo ipſum cubiculum illius, ipſumque lectum ut imaginem quandam priſcæ frugalitatis aſpicere. Ornat hæc magnitudo animi, quæ nihil ad oſtentationem, omnia ad conſcientiam refert; recteque facti, non ex populi ſermone mercedem, ſed ex facto petit. in ſumma non facilè quis quèmquam ex iſtis qui ſapientiæ ſtudium habitu corporis præ ſe ferunt, huic viro compararit. Non quidem Gymnaſia ſectatur, aut porticus, nec diſputationibus longis aliorum otium ſuumque delectat: ſed in toga negotiiſque verſatur, multos advocatione, plures conſilio juvat. Nemini tamen iſtorum caſtitate,* pie-

pietate, juſtitia, fortitudine etiam primo loco reſſerit. Hæc Plinius. Cæterùm longæ & pertinacis valetudinis Titus Ariſto fuit, ea tamen patientia valetudinem toleravit, ut dolori reſiſteret, ut ſitim differret, & incredibilem febrium ardorem immotus, opertuſque tranſmitteret, eodem Plinio auctore. Cum ipſa tamen infirmitate & gravi valetudine ad ſenectutem pervenit. quod colligitur ex Pomponio *lib. 2. var. lect.* in *l. arbiter 40. D. de recept. arb.* qui refert Ariſtonem ſcribere, ſe audiiſſe Caſſium dicentem, in eo arbitro qui non veniſſet, non eſſe commiſſam pœnam. quæ quidem de C. Caſſio Longino intelligenda ſunt, quem ſub Tiberio cum M. Vinucio Quartino Conſulem fuiſſe, ſupra diximus. Sexaginta verò anni numerantur inter Tiberii, & Trajani principatus. Caſſium autem non tantum audivit, ſed *ad ejus libros adnotaſſe* etiam quædam videtur ex *l. uſufr. legato 7. §. 3.* & ex *l. 17. D. de uſufr.* & apud Sabinum in *l. idem Neratius 3. §. non ſolum 2. D. de uſufr. accreſc.* Neratii etiam familiaris fuit Ariſto: unde ejus meminit Neratius in *l. ab emptione 58. D. de pact.* quod & epiſtolæ invicem miſſæ teſtantur. Nam *ad Ariſtonem Neratii epiſtolæ* mentio fit in *l. ſed addes. 19 §. 2. D. locat. & Ariſtonis ad Neratium* in *l. Ariſto 46. D. de manum. teſtam.* ubi corrupte *Apiano* pro *Priſco* legitur. Eadem etiam

ætate vixit qua Celſus Juriſconſultus, & ab eo conſultus fuit, ut teſtatur Ulpianus *lib. 4. ad edict.* in *l. juris gentium 7. §. 2. D. de pact.* qui reſponſum ejus magnopere laudat. Julianum item extrema ſua ætate familiarem habuit: à quo per epiſtolam conſultum fuiſſe ſupra diximus *in Juliano* in *l. 6. D. de legat. præſt. contra tab.* cujus quidem hæc verba: *Salvius Ariſto Juliano ſal.* depravata eſſe manifeſtum eſt. Quis enim neſcit *Salvium*, Julianum dici, non Ariſtonem, qui *Titus* vocabatur. Legendum itaque eſt: *Ariſtoni Salvius Julianus ſalutem.* Ariſtonem enim Julianum conſuluiſſe veriſimile non eſt, cum ex his quæ ſuperius de doctrina ejus ſingulari ex Plinio attulimus; tum maximè quod Ariſto provectæ jam ſenectutis eſſet, cum Julianus juris ſcientiam attigerit. Hoc denique ex ipſius legis ſententia colligi omnino poteſt. Unde & in *l. 9. D. de jure codic.* Julianum ad ſcripta Ariſtonis quædam notaſſe legimus. Non enim (ut vulgo exaratum eſt) ſcribi debet *Ulpianus notat.* Nam Ulpianum *in Ariſtonem notas* edidiſſe nuſquam reperimus: & licet edidiſſet, nihilo tamen magis hic, *Ulpianus* legendum eſt: cum hæc lex ſit *Marcelli lib. 9. Digeſtorum*, qui ſub Antonino Pio floruit, atque ita, nec *Ulpiani notas*, nec librum aliquem citare potuit. Nam fere ſeculo integro junior Ulpianus Marcello fuit: juvat & noſtram lectionem, quod

quod Marcellus Juliani ſcriptis maximè uſus ſit; ideòque Julianum, *ſuum*, appellat in *l.* 86. *D. de condit. & dem.* Cæterùm Ariſto multa de jure ſcripſit: quorum quæ reperimus veſtigia, reliquiaſque dabimus: & primum

De. furtis. lib.

Gellius enim *lib.* xi. *cap.* 18. dixit legiſſe ſe librum quendam Ariſtonis Juriſconſulti, in quo ille dicit; *apud veteres Ægyptios (quod genus hominum conſtat, & in artibus reperiendis ſolertes extitiſſe, & in cognitione rerum indaganda ſagaces) furta omnia eſſe licita, & impunita.* quare moveor ad credendum, hunc librum Ariſtonis *de furtis* fuiſſe, & eo maximè quod, cum Ariſtonem multa volumina edidiſſe ſciret Gellius tamen quia de furtis quæſtio erat, ſatis indicaſſe librum de furtis putavit, ſi tantum, librum Ariſtonis Juriſconſulti dixerit. Deinde

Responsorum. lib.

quod apparet ex *l. juriſgentium 7. §. ſ. d & ſi 2. D. de pact. l. ſicuti* 8. *§. Ariſto 5. D. ſi ſervit. vind. l. 3. quæ res pign. oblig. non poſſint. l. Ariſto* 40. *D. de ritu nupt. l. patrimonii 22. D. de uſufr. legato l. 3 §. item Pomponius 2. D. ad Sc. Trebell l. ſi cum* 16. *§.* 3. *D. qui & à quibus manum.*

Ad. C. Cassium.

ut ſupra diximus.

Ad. Sabinum.

ut colligi poteſt ex *l.* 3. *D. de penu legata*, & ex

l. 3.

l. 3. §. non ſolum 2. D. de uſufr. adcreſc. Citatur denique Ariſto ab Ulpiano in *l. per ſervum* 14. *§ 1. D. de uſu & habit.* in *l. certi condictio* 9. *§. ſi nummos* 8. *D. de reb. cred.* & à Pomponio in *l. pen. D. de rer diviſ.*

SERVILIUS.

Hujus Servilii nomen depromit Labittus ex *l. eum patronum.* 10. *D. de jure patron.* cui ego aſſentior; licet in vulgaribus codicibus *Servius* legatur. Quî enim fieri potuit, ut Servius, quem longo tempore ante Proculum fuiſſe Pomponius refert *l. 2. D. de orig. jur.* & ut ex his quæ *in Servio* diximus, ſatis apparet, Proculi mentionem faciat, ex quibus etiam conſtat, hunc Servilium alium eſſe ab illo *P. Servilio* augure, cujus auctoritatem ſequutus eſt Atteius Capito: & cujus mentio fit apud Feſtum in verbo *Stellam.* Credo autem Servilium noſtrum hunc eſſe cujus meminit Tacitus *lib.* XIV. *annal. cap.* 19. qui ſummis honoribus, multaque eloquentia viguit; diuque foro, mox tradendis rebus Romanis celebris fuit. Eum ſub Nerone obiiſſe certiſſimum eſt.

AR-

ARRIANUS.

ALexanderGabardus Turſeſanus *in quadam epiſtola, ab eo ad Thomam Plonatatiam Patritium Conſtantinopolitanum Juriſconſultum* ſcripta, putat hunc Arrianum fuiſſe Nicomedienſem Arrianum, qui *res ab Alexandro magno geſtas octo libris* Græco ſermone eſt proſequutus. Ego quidem aliquando eos diverſos putavi, & hiſtoricum potius exiſtimabam eum, quem hiſtoriam Græcam ſcripſiſſe teſtatur Capitolinus *in Maximino jun. cap.* 7. *& Gordianis, cap.* 2. eaque ratione movebar, quod ſub Alexandro Severo vixiſſet, atque ita ut aſſentationis artificio gratiam principis aucuparetur, hiſtoriam Alexandri Magni ſcripſiſſe opinabar; præcipuè quod Severus Alexandri nomen haberet: quod idem dies natalis Severo eſſet, qui Magni fuerit *Alexandri* interitus: quod eum magnopere coleret, & inter divos in larario majore conſecraſſet; auctore Lampridio *in Severi Alexandri vita*, *cap.* 31. Verùm ab hac me dimovit ſententia, quod Nicomedienſem Arrianum cognomento *novum*, ceu *juniorem Xenophontem*, non ſub Severo Alexandro, ſed ſub Hadriano & M. Antonino Imperatoribus vixiſſe, apud Suidam *in* Ἀῤῥιανὸς poſtea legerim; à quibus multis honoribus, literarum ergo au-

auctus, atque honeſtatus fuit, auctore Raphaele Volaterrano *lib.* XIII. *comment. urban.* Conſularem enim dignitatem adeptum fuiſſe eum teſtis eſt Heliconius apud Suidam, & Antonini Pii præceptorem eum facit Genebrardus *lib.* 3. *chronol.* Romæ eum fuiſſe ſub Hadriano Marco & Antonino Suidas tradit. Hunc Arrianum Severi cognomen habuiſſe puto, eumque eſſe, quem præfectum ærarii fuiſſe ſcribit Valens in *l.* 42. *D. de jure fiſci*, & *Flavii* prænomen habuiſſe, ad quem Hadrianus reſcripſit auctore Caliſtrato in *l.* 2. §. 1. *D. eodem. tit.* Scripſit autem

EPICTETI PHILOSOPHI VITAM.

DE INTERDICTIS LIB.

quorum *ſecundus* citatur in *l. pro herede* 11. *D. de petit. heredit.*

Reſcriptorum mentionem facerem, niſi *Arriani* vocabulum in *l. nec novum* 5. *D. de condict. indeb.* unde illorum memoria eruenda eſſet, mendoſe poſitum cum his exiſtimarem qui pro Arriano *Arrium* legendum jam pridem admonuerunt.

Gellius etiam *librorum Arriani de diſſertationibus Epicteti* meminit *lib.* XVII. *Noct. Attic.* *cap.* XIX. unde à Suida φιλόσοφος Ἐπικτήτειος appellatur.

Arrianum autem noſtrum Paulus in *l. Arrianus* 47. *D. de obligat. & action.* hujus ſententiæ

au

uctorem facit *multum intereſſe an aliquis obli-etur, an vero aliquis liberetur, ubi de obligan-o quæritur propenſiores eſſe debere nos, ſi habea-aus occaſionem ad negandum: ubi de liberando ex iverſo, ut faciliores ſimus ad liberationem.* Et x eo intelligi poteſt quàm miti & ſedato inge-io vir ille fuerit. Arriani quoque mentio fit in *ſi filium 5. D. de grad. & affinib.* in *l. ex facto 9. D. de hered. inſtit.* in *l. 1. §. quia autem. 4. D. quorum legatorum.* cum aliqua ſuæ comme-noratione laudis.

VARIUS LUCULLUS.

ARiſto apud Pomponium in *l. liber homo 19. D. de acquir. rerum domin.* hunc Va-ium ab oblivione vindicavit, quem refert ali-quando dubitaſſe: *ſi liber homo qui bona fide erviens hereditatem adierit, an acquiratur mihi per eum.* Scrupulum illi injiciebat quod liquatenus opera ejus eſſet in hereditate, quia er ipſum adiretur. Sed tamen verum eſſe ſcri-it, & non acquiri exiſtimaſſe. Ex Lucullorum obili apud Romanos, & antiqua gente origi-em duxiſſe, nec multo juniorem Labeone um fuiſſe puto.

VI-

VITELLIUS.

VItellii nomen extare apud Ulpianum in *l. ſi me in vacuam* 34. §. *ult. D. de acquir. poſſeſſ.* Labittus putat, tametſi alii ibi *Celſum* legunt. Magni nominis auctor fuit, & tantæ in jure auctoritatis, ut Sabinus ad ejus libros quædam ſcripſerit, ut Pandectarum volumina pervolventi cuique occurret. Sabinus enim *in libris ad Vitellium*, plerumque ab alits Jureconſultis citatur in *l.* 45. *D. de legat.* 3. *l.* 8 *D. de inſt. vel inſtrum. leg. l.* 12. §. 27. *D. eodem*, & alibi paſſim. In dict. tamen §. mendum eſſe puto, cum in verſu *quanto igitur*, ſic exaratum eſt: *quanto igitur hoc legatum uberius ſit videndum eſt, & Sabinus definit, & Caſſius apud Vitellium notat* reponendumque *& Caſſius definit & Sabinus apud Vitellium notat.* Caſſius enim nullas *apud Vitellium notas* fecit. Hæc autem verba *Sabinus in libris ad Vitellium*, antiquitatem auctoris ſatis deſignant. Cœlio enim Sabino, conſulatum ex deſtinatione Neronis manſiſſe in cal. Julias, neque ejus honori Vitellium victorem quidem interceſſiſſe Tacitus refert *lib.* 1. *hiſt. cap.* 77. & ſub Veſpaſiano plurimum potuiſſe Sabinum ſcribit Pomponius in *l.* 2. *D. orig. jur.* §. *ult. verſ. Caſſio Cælius* Quapropter noſtrum Vitellium hunc eſſe exiſtimo

qu

qui procurator Auguſti fuit, auctore Suetonio *in Vitellio. cap.* 2.

DRUSUS.

Extat Druſi Juriſconſulti nomen apud Celſum in *l. ſi venditor* 38 §. 1. *D. de act. empti*, ejus ſententiam non minus probantem quàm Sexti Ælii.

FUFIDIUS.

MEmoriam hujus Fufidii ſe eruiſſe Cujacius gloriatur in libris Obſervationum, dubitatque an ſit Fufidius ille, quem M. Tullius *in Bruto: cap.* 29. in aliquo patronorum numero fuiſſe ſcribit, ad quem M. Scaurus tres libros *de vita ſua* ſcripſit, ut teſtatur Plinius *lib.* 33. *cap.* 1. Ejus auctoritate Paulus utitur in *l. Fufidius* 29. *D. de bon. auctor. jud. poſſid.* & Africanus in *l.* 5. *D. de auro & arg. legato.* Arpinas fuit, & Arpini fundum amœniſſimum habuit, qui Fufidianus dictus eſt, quem de eo Cicero Hs. cccc. emit, ut ipſe teſtatur *epiſt.* 1. *ad Quintum fratrum lib.* III.

COELIUS.

MUltos Cœlios fuiſſe conſtat, qui juri dedere operam. Fuit *Cœlius Sabinus*, fuit *Cœlius Antipater*, & *M. Cœlius Rufus* orator, quem ab Atratino accuſatum elegantiſſima oratione, quæ adhuc extat, Cicero defendit, & cujus ad iram proclivitatis, memorandum exemplum tradit Seneca *lib. 3. de ira. cap* 8. *Cœnabat cum eo in cubiculo lectæ patientia cliens: ſed difficile erat, illi in copulam conjecto rixam ejus cum quo hærebat effugere optimum judicavit* (cliens) *quicquid dixiſſet ſequi, & ſecundas agere: non tulit Cœlius aſſentientem ſed exclamavit: dic aliquid contra, ut duo ſimus* Quis verò noſter Cœlius ex his fuerit, dubitari poteſt. Antonius Auguſtinus *in indice* exiſtimat, *Cœlium* hunc *Sabinum* eſſe: eò fortaſ motus, quod Gellius *lib. 4 cap. 2. Noct. Atti* citet *librum Cœlii Sabini de edicto Ædilium Curulium*: cui tamen, ut libere fatear, null modo aſſentior; Cœlius enim Sabinus ſub Imperatore Veſpaſiano vixit, ejuſque temporib plurimum potuit auctore Pomponio in *l. 2. ult. in fin. verſ. Caſſio Cœlius. D. de orig. ju* quod primus ejus conſulatus dies, initium fa ſtum Veſpaſiani principatui dederit, qua alius à Sabino illo, quem Hadriani temporib

vix

ixiſſe refert Suidas: qui tamen, ni fallor, is eſt uem *Sennium Sabinum* vocat Ulpianus in 1. §. 1. *D. de quæſtion.* cuique Hadrianum & ntoninum reſcripſiſſe teſtatur. Cœlium dictis uibuſdam pupugiſſe Vitellium Imperatorem ribit Plinius *lib.* XXXV. *cap.* XII. licet ei conſutum ex deſtinatione Neronis manſiſſe in cal. lias, neque ejus honori Vitellium quidem ctorem interceſſiſſe ſupra ex Tacito retulerius. Cœlii autem hujus ſententiam probat ibeo in *l.* 17. §. 15 *D. de ædil. edict.* qui Tretii diſcipulus fuit. Fieri itaque non poteſt ut œlium Sabinum Labeo auctorem habeat, m à morte Labeonis ad Cœlium Sabinum que, ferè centum anni effluxerint. Præterea m Sabinum Juriſconſulti citant, *Sabini* noen *Cœlio* ſemper jungunt, ut apparet ex Caio . 1. *ad edictum Ædil. Curul.* in *l.* XX. *D. eod.* ex Papiniano in *l.* 72. §. *falſam* 7. *D. de con*. *& demonſtrat.* quod in hoc Cœlio non fant, ſed ſolo nomine Cœlii deſignant: quamrem exiſtimavi aliquando Juriſconſultum ſtrum *Cœlium Antipatrum* eſſe: hiſque ranibus movebar. Primùm quidem, quod rique auctores cum de Cœlio Antipatro loıntur, eodem modo quo Ulpianus, eum nomine Cœlii appellant, ut clare patet ex nio Marcello in verbo *finem*, in verbo *Pau*- aliiſque locis: quod & confirmat Hadrianus

 Ju-

Junius medicus in *elencho auctorum Nonii* cum ait, *Cœlium* ſolummodo ſcribendum eſſe non *Cælium Antipatrum*, cum illud Roman ſit juris: hoc vero exotici. Locus deinde Ulpia ni huic noſtræ ſententiæ mirum in modun congruit. Cœlius enim ibi à Labeone citatur Cœlium autem Antipatrum Labeone antiquic rem eſſe veriſſimum eſt, & perinde non incon gruum, ſi Antipatrum opinionis ſuæ aſſerto rem habuerit. Cœlius itaque Antipater ſcri ptor fuit luculentus, juris valdè peritus, mul torum etiam ut L Craſſi magiſter, auctore Ci cerone *in Bruto cap.* 26. LIBROS ANNALIUM qui ſæpiſſimè in teſtimonium adducuntur apu Nonium compoſuit, quos quidem eos eſſe pu to, quos *de bello Punico ad Lælium* ſcripſiſſ apud Ciceronem legimus. Hiſtoriam autei eo ſtylo tractavit, ut eam erexerit, quæ jaceba humilis, addideritque illi majorem ſonum vo cis: perfectam tamen omnibuſque numeris al ſolutam eam non reddiderit: neque enim re polivit, ut ædificia bonus architectus, ſed ta men dolavit, ut trabes rudis extructor: vitiui non hominis, ſed temporis fuit. Nemo enii Romanus ſtudebat eloquentiæ, niſi ut in cau ſis, & in foro elucere. Verùm licet Antipate homo neque planè doctus, neque maximè ptus ad dicendum fuerit auctore Cicerone; eu tamen plus eloquentiæ, quam ſcientiæ jui

op

operam dediſſe teſtatur Pomponius *d. l.* 2. *§.* 40. *D. de orig. juris.* Verùm ut hunc Antipatrum à noſtro Cœlio diverſum faciam, cogit me locus Ulpiani in *l. ædiles* 38. *§. ſed enim* 7. *D. de ædil. edicto: Idem*, inquit, de Cœlio loquens, *refert Ofilium exiſtimaſſe.* quibus verbis manifeſto apparet, noſtrum Cœlium Ofilio coætaneum, quod Antipatro convenire non poteſt, qui Ofilio antiquior fuit. Quamobrem non errabimus, ſi hunc M. Cœlium crediderimus: quod & confirmant tempora, quibus ille vixit Cicerone jam ætatis provectæ, atque ita Ofilio æqualis. Præterea eum Ædilem Curulem factum eſſe ſcribit Cicero *in Bruto*, atque ita veriſimile eſt, eum de his quæ *ad ædilitium edictum* pertinebant, accuratè ſcripſiſſe. Ejus etiam ſcripta *in Pandectis* non referuntur, *niſi in titulo de ædilit. edicto.* M. itaque Cœlius præter ædilitatem, tribunatum plebis adeptus eſt, in quo nemo contra civium perditorum popularem turbulentamque dementiam, à Senatu & à bonorum cauſa ſtetit conſtantius, teſte eodem Cicerone *in Bruto.* Poſtea tamen à ſeſe diſceſſit, & quos tentaverat evertere, imitatus eſt. Equitis Romani filius fuit, ex Puteolano municipio, quem Puteolani abſentem in ampliſſimum ordinem cooptarunt. Specie & forma in adoleſcentia fuit adeo liberali, ut libidinis infamiam non effugerit, quam tamen diluere

tentat Cicero *in oratione* quam pro eo ſcripſiſſ ſupra diximus.

ATTEIUS CAPITO.

C*Apitonum* cognomina *à capite* dicta Cicero auctor eſt *lib.* 1. *de Natura Deorum*, *cap* 29. Primus *Atteiorum* quod magno capite eſſet, *Capitonis* nomen ipſi tributum, ad poſteros tranſmiſit, peculiari Romanorum more apud quos cognomina ab eventu uni ex quadam familia tradita, ad poſteros ejus familiæ propagabantur. Sic *Silones*, ſic *Scævolas*, ſic *Labeones*, *Syllas*, alioſque innumeros dictos fuiſſe apud auctores legimus. Quem quidem morem veteres Galli non retinuere: non enim poſteros *Hugonis Capeti Capetos* dictos reperimus, licet eadem ratione à Gallis Capetus, qua Atteius à Romanis Capito nuncupatus ſit. Sic *Caroli Martelli* ſucceſſores *Martelli* cogomen non uſurpavere. quod quidem magnæ auctoritatis ſcriptores impoſitum ei fuiſſe putant, quia ſicuti malleus qui *martel* Gallice dicitur ferrum conſcindit & mollit: ita ipſe multas gentes devicit, earumque vires confregit. Ego verò ſic nuncupatum exiſtimo, quod caput ad ſimilitudinem mallei, quem ut diximus, Galli *martel* vocant, habuerit. Sic *Tuditano* cognomen inditum, quod caput ad mallei formam ha-

haberet. *Tudites* enim mallei ſunt, auctore Feſto, *à tundendo* dicti. Cæterùm Capitonem noſtrum, filium fuiſſe exiſtimo L. Atteii Capitonis, qui Senatuſconſulto ſub ſcripſit, quod à Cicerone refertur *lib.* VIII. *ad famil. epiſt.* 8. ubi tamen vulgo corrupte legi *L. Atteius L F. Ancapito* certiſſimum eſt. Bernardus quidem Rutilius reponit *L. Atteius L F. Atteii N. Capito:* vitioſe tamen; erat enim & Atteii filius; nec olim cives Romani demonſtrari ſolebant à cognomine avi vel patris, ſed tantum à prænomine. Manutius autem ſic legendum putat *L. Atteius, L. F. Anienſis Capito.* ut hæc dictio *Anienſis* nomen ſit tribus Capitonis. Crederem etiam legi hoc modo poſſe *L. Atteius, L. F. A. N. Capito*, ut his duabus literis puncto diſtinctis, ſignificetur *Auli nepos.* Quicquid ſit, hic L. Atteius Capito, C. Capitonis Juriſconſulti pater fuit, vir prætorius, & in republica magnæ ſatis auctoritatis. Tribunatum plebis exercuit auctore Plutarcbo *in C. Cæſare*, Cæſarique familiaritate maximè junctus, apud Ciceronem *lib.* XIII. *ad famil. epiſtol.* 29. quam ſcribit L. Planco. Avus autem noſtri Capitonis Centurio Syllanus fuit, auctore Tacito *lib.* III. *Annal. cap.* 75. Noſter verò Capito ſtudiis civilibus principem in civitate locum adſequutus eſt: hæc enim ætas duo pacis decora & ornamenta tulit, Capitonem & Labeonem: ſed

Labeonem incorrupta libertate, & ob id fama celebratiorem: Capitonis autem obſequium dominantibus magis probatum, erat enim voluntatis & poteſtatis principum, cum hypochriſi aſſentator. cujus rei extante ſatis ampla apud ſcriptores teſtimonia: ex quibus pauca afferemus. Scriptum eſt apud auctorem *de illuſtribus Grammaticis cap.* 22. quum M. Pomponius grammaticus ex oratione Tiberium reprehendiſſet, affirmaſſe Atteium Capitonem illud eſſe Latinum: & ſi non eſſet, futurum. unde rectè reſponſum eſt à Pomponio: *Mentitur*, inquit, *Capito, tu enim Cæſar civitatem dare potes hominibus, verbis non potes*, ſic enim legendum eſſe puto, non ut vulgo legitur *verba non potes*. Scribit etiam Tacitus *d. lib.* 3. *annal. cap.* 70. L. Ennium Equitem Romanum majeſtatis poſtulatum, quod effigiem Principis promiſcuum ad uſum argenti vertiſſet. Recipi Tiberius Cæſar inter reos ſe vetare ſimulabat, palam aſpernante Atteio Capitone, quaſi per libertatem. Non enim debere eripi patribus vim ſtatuendi; neque tantum maleficium impune habendum: ſanè lentus in ſuo dolore eſſet, reipublicæ injurias ne largiretur. Intellexit hæc Tiberius ut erant, magis quàm ut dicebantur, perſtititque intercedere. Qua quidem in re Capito multum famæ & exiſtimationis amiſit. *Capito*, inquit Tacitus *d. cap.* 70. *in-*

inſignior infamia fuit, quod humani divinique juris ſciens egregium publicum, vel ut mallem, *hac re jus publicum & bonas domi artes dehoneſtaviſſet.* His itaque adulationibus, quibus tempora illa admodum ſordida & infecta fuere, conſulatum ei Auguſtus acceleravit, ut Labeonem Antiſtium iiſdem artibus præcellentem dignatione ejus magiſtratus anteiret, eodem Tacito auctore *d. cap.* 75. Collega autem in conſulatu additur ei C Vibius C F. Poſtumus ab Onuphrio *lib.* 2. *Faſt.* ex quadam antiqua inſcriptione, cujus exemplum hic appoſui.

IMP. CÆSARE. D F. AUGUSTO. P.
PONT. MAX. TRIB. POTEST. XXIX.
COS XIII. PP. IMP. XV.
... SPETUS MAG. DD.
... OMNIA. SCRIPTA SUNT. QUÆ. IN. HOC.
... C. ATTEIO. CAPITONE. C. VIBIO. C.F.
COSS.
POSTUMO.

Atque eos Conſules ſub eum annum ſubgerit, quo M Lepidus L filius, L. Aruntius Conſules facti ſunt, quaſi hoc ipſo anno ſuffectos, ut non mirum ſit, ſi à Caſſiodoro, cæteriſque qui Faſtos conſulares ad illa uſque tempora continuarunt, produxeruntque, de Capitone Atteio, Caioque Vibio mentio nulla facta ſit; quod illi rationem tantum habuerint eorum Conſulum, qui initio anni magiſtratum inierunt. Et

quidem ſuffectum fuiſſe Capitonem ſatis indicat Tacitus, quum ei acceleratum ab Auguſto conſulatum ſcribit: id etiam diſerte ſignificatur ex Pomponio *l.* 2. *D. de origine jur.* In conſulatu autem ſuo fertur decreviſſe: *invitam libertam patronum uxorem ducere non poſſe*, auctore Ulpiano *lib.* III. *ad leg. Jul. & Papiam in l. quod & Atteius* 29. *D. de ritu nupt.* Quod tamen ita obſervandum eſt, niſi patronus ideo eam manumiſit, ut uxorem eam ducat. Addendum ex Juliano, ni etiam filiusfamilias ancillam juſſu patris manumiſerit matrimonii cauſa, ut refertur à Rufino *l.* 51. *D. eod.* Hocque ex ſententia ejus Senatuſconſulti quod factum eſt Capitone Conſule, de quo interpretanda eſt *l.* 21. *D. qui & à quib. manumiſſ.* Capitonem autem Juriſconſultum Conſulem fuiſſe cum Germanico, anno ab Urbe condita 764. apud Cuſpinianum ſcriptum legimus. Sed hallucinatur, vir alioqui antiquitatis Romanæ éruditiſſimus, collega enim ille Germanici Cæſaris *C. Fonteius* Capito nuncupatur: noſter verò *C. Atteius*. Qui quidem non ejuſdem nominis nec ejuſdem familiæ fuere. Cæterùm Atteium libertum habuit Philologum, quem inter Grammaticos Rhetorem, & inter Rhetores Grammaticum appellaſſe eum, tradit Suetonius Tranquillus de *illuſtr. Grammat. cap.* 10. Hæc de moribus, & honoribus Capitonis referun-

ferunter : de doctrina autem non minora, principem enim locum in civitate, ſtudia ei civilia dederunt ; in quorum tractatione diverſam perpetuo ab Antiſtio Labeone, ut & in reipublicæ gubernatione ſententiam tenuit. Ideoque non malè Pomponius in *l.* 2. *D. de orig. jur.* eos *primùm in jure civili, quaſi diverſas ſectas feciſſe* tradit : *Atteius ſiquidem Capito in his quæ ei tradita fuerunt, perſeveravit : Labeo ingenii qualitate, & fiducia doctrinæ fretus, plurima innovare inſtituit, Atteioque Capitoni Maſſurius Sabinus ſucceſſit, Labeoni verò Nerva, qui adhuc eas diſſenſiones auxerunt.* Quamvis tamen Capito diverſum à Labeone ſemper ſenſerit ; ejus tamen doctrinam imminuere, aut adimere, ſcriptis ſuis nunquam tentavit ; quinimò eam ſemper pleniſſimo ore, & cum laudis elogio prædicavit. Teſtis eſt Gellius *l.* XIII *cap.* XII. qui in quadam epiſtola Atteii Capitonis ſcriptum ſe inveniſſe fatetur, Labeonem Antiſtium, legum atque morum pop. Rom. juriſque civilis doctum apprime fuiſſe. Proponant ſibi hujuſce ævi ſcriptores, hoc veteris literarum candoris exemplum ; & quod quiſque meruerit, liberè & ingenuè profiteantur. Hanc autem tam inſignem juris cognitionem accepit totam ab Ofilio Juriſconſulto, de cujus doctrina quædam ſupra diximus. Cæterùm Capito & honoribus, & ſcientia florens, tandem ſub Ti-

Tiberio Cæſare ſenex extremum clauſit diem. Multos tamen libros ſcriptos reliquit,

COMMENTARIA. AD. XII. TAB.

CONJECTANEORUM. LIB. CCLX.

Affertur quidem à Gellio *lib.* XIV. *cap.* VII. *noct. Att.* locus ex *lib. ducenteſimo quinquageſimo nono Atteii.*

DE. PONTIFICIO. JURE. LIB. X.

meminit idem Gellius *libri quinti* in *lib.* 4. *cap.* 6. & Feſtus in dictione *mundus*. Ex quo illa ſunt quæ à Macrobio *lib.* VII. *Saturn. cap.* XIII. *de geſtatione annuli, deque Deorum formis non inſculpendis* referuntur. Scripſit præterea

COLLECTANEORUM. LIB.

Numerum non indico, eorum tamen *nonus* citatur à Gellio *lib.* IV. *cap.* XIV. qui inſcriptus erat, *de publicis judiciis.*

DE. OFFICIO. SENATORIO. LIB. SING.

teſte eodem Gellio *lib.* IV. *cap.* X. Reliquit etiam

DE. JURE. SACRIFICIORUM. LIB. X.

ſicuti apud Macrobium legimus *lib.* III. *Saturn. cap.* 10.

Plinius de *Artopta* loquens *lib.* XVIII. *cap.* XI. Capitonem, tanquam locupletem auctorem habet. Ejus ſententiam & contrariæ ſectæ auctores probarunt, ut Proculus ipſe *lib.* 2. *epiſt.* Parietem communem incruſtare licere in *l.* 13.

§. I.

§. 1. *D. de ſervitut. præd. urban.* ubi notandum verba illa: *Cæterùm ſi demolitus ſit vicinus, & ex ſtipulatu actione damni infecti agatur, non pluris quàm vulgaria tectoria æſtimari debent, quod obſervari & in incruſtatione oportet*, non eſſe ex Capitonis ſententia, ſed addita à Proculo: ne quis Capitonis verbis ductus errare hac in re poſſet. Is aliquando in jure, *Atteii* nomine tantum vocatur, ut in *l. qui quatuor* 30. §. *ult. D. de legat.* III.

NERVA.

COcceiorum familia, Romæ varias habuit ſtirpes. Fuit *Nervarum*, ex qua ſtirpe, hi Juriſconſulti, pater & filius orti ſunt. Habuit & *Caſſianam*, cujus mentio fit à Papiniano in *l.* 16. §. 1. *D. de his quæ ut indignis aufer.* ubi Cocceius Caſſianus vir clariſſimus nominatur, qui Ruffinam ingenuam amore pleno dilexerat. Sic enim potius quam, *honore pleno*, legendum puto cum iis, qui jam illud notavere. Duo itaque Coceii Nervæ Juriſc. leguntur, pater & filius: utriuſque meminit Pomponius in *l.* 2. *D. de orig. jur.* Pater Labeonis doctrinam ſequutus, diſſenſiones inter Labeonem & Capitonem cœptas, cum Maſſurio Sabino Capitonis ſequace auxit: is patre Cocceio Nerva natus, propter præſtantem juris civilis cognitionem, Ti-

Tiberio Cæſari familiariſſimus fuit, auctore eodem Pomponio: ita ut Cæſarem in Campaniam ſecedentem, ſolus ex Senatoribus ſequi meruerit, Conſulque ab eo factus eſt, ut teſtatur Tacitus *lib.* 4. *Annal. cap.* 58. Is tantæ probitatis vir fuit, ut vitam abſtinentia cibi finire maluerit, quam crudelitatem & ſævitiam, qua Tiberius in bonos cives graſſabatur, diutius perpeti. Quod tamen ita grave Tiberio, ut eum à propoſito avertere omnimodo tentaverit, ſed fruſtra: eod. Tac. teſte *lib.* VI. *annal. cap.* 26 quamobrem ut ejus manibus quaſi parentaret, accuſatores celeberrimos, & notos, necari juſſit, & viginti quinque ſeſtertiorum millia in publicum contulit, ut ex iis gratuitum mutuum per triennium obæratis præſtaretur. Paucæ repeniuntur ejus *in Pandectis* ſententiæ: nam ea quæ *de Nerva* leguntur, ad filium transferenda ſunt, ut plurimum. Qui quidem patris partes in jure ſequutus, doctrinæ præſtantia maximè floruit: ita ut anno ætatis ſuæ decimo ſeptimo, aut ætate paulo majore feratur publicè de jure reſponſitáſſe, auctore Ulpiano in *l.* 1. *D. de poſtul.* Temporibus Proculi vixit: quare ſæpiſſimè à Jureconſultis cum Proculo conjungitur, quaſi ejuſdem ætatis, & ſcholæ. Ex quo notandum, cum in *l.* 3. *D. de uſufr. earum rerum*, *&c.* refertur Nervam negaſſe, uſumfructum nominum poſſe legari, etiam poſt Senatuſc. quo omnium

nium rerum uſusfructus legari poterat, ejuſque ſententiam à Caſſio & Proculo reprobatam, i. e. ab utraque ſchola: hoc de Nerva patre interpretandum. Filii tamen aliquando ſententia confirmatur, ut ab Ulpiano in *l.* 3. *§. ſi ſervus* 8. *D. de pecul.* aliquando improbatur, ut à Celſo filio in *l. ſi rem* 29. *D. de evict.* Scripſit autem Nerva filius quædam

DE. USUFRUCTU.

ut apparet ex *l.* 13. *§.* 7. *D. de uſufr. & quemad.* Scripſit etiam

DE. USUCAPIONIBUS.

Ab eo Nervam Imperatorem originem traxiſſe certiſſimum eſt. *C. Licinii Nervæ* cujuſdam mentio fit apud Ciceronem in *Bruto cap.* 34. quem civem improbum, & non indiſertum Trib. pleb. ſcribit: ſed noſtros ab eo fluxiſſe negandum eſt, cum non *Licinios*, ſed *Cocceios* dictos conſtet. Fortaſſe tamen non aberrabimus, ſi noſtrorum originem ad Nervam illum referamus, quem familiarem Planco fuiſſe, docet ejus epiſtola ad Ciceronem, *lib.* x. *Ciceronis ad familiares. epiſt.* 18.

SEXTUS POMPEIUS.

POmponius in *l.* 2. *D. de orig. jur.* Sexti Pompeii Juriſconſulti meminit: quem à Manilio, Bruto, & P. Mutio, cum Tuberone, Ru-

Rutilio Rufo, & Virginio profectum ſcribit. Patrem habuit Sextum Pompeium, fratrem Cneium, Pompeii magni patrem: cumque frater inter oratores aliquem numerum obtineret, ipſe præſtantiſſimum ingenium contulit ad ſummam juris civilis, & ad perfectam geometriæ, & rerum Stoicarum ſcientiam, auctore Tullio in *Bruto cap.* 47. quem idem Tullius eruditum hominem in philoſophia appellat *lib.* I. *de Orat. cap.* 15. Meminit etiam Sexti Pompeii Juriſconſulti Pomponius in *l.* 41. *D. de hered. inſt.* alius tamen à primo, qui neque Parthenii, neque *Titi*, vel *Tiberii* (utrumvis legas) mentionem facere potuit, ſerie temporum repugnante. Sciendum tamen, ſi ad Tiberium hujus legis exemplum referatur, hunc Sextum Pompeium, eum conſtituendum eſſe, quem anno ultimo principatus Tiberii, Conſulem Faſti faciunt: ſin autem *Titus* hac in lege legatur, ſicuti legendum *Alciatus* putat *lib.* 11. *cap.* 11. *d. ſpunct.* non ad Titi Veſpaſiani filii tempora, Sextus hic rejiciendus eſt: ſed ad Antonini Pii principatum, qui Titus quoque appellatus eſt; quamvis in quibuſdam codicibus, pro Sexto *Pompeio*, Sextum *Pomponium* exaratum non ignorem, & corruptè. Hoc enim caput deſumptum eſt ex Pomponii *lib.* XII. *ex variis lectionibus:* atque ita abſurdum eſt exiſtimare, Pomponium de ſe ipſo ita ſcripſiſſe: *ut refert Sextus Pomponius.*

TU-

TUSCIANUS.

TUſcianum cum Aburnio Valente, Javoleno Priſco in Sabinianorum ſcholâ ſucceſſiſſe ſcribit Pomponius *d.l.2. D. de orig.jur.* Qui autem hic Tuſcianus fuerit, non facilis eſt diſquiſitionis. Tuſcianum quidem eloquentiſſimum oratorem fuiſſe tradit Suidas in Τȣσκιανὸς. Quidam tamen locum Pomponii mendoſum arbitrantur; quod licet à me probetur, non aſſentior tamen iis qui pro *Tuſcianus*, legendum *Titus Mætianus* putant. Nam *Voluſius* Mœtianus, quem de jure differentem M. Antoninus Philoſophus audivit, non *Titus* appellatur, ſed *Lucius*, apud Capitolinum in *Marci Antonini vita. cap.* 3. Propterea Mætiani ætas ad hunc noſtrum Juriſconſultum referri non poteſt. Non incongruè itaque dixerimus, ſi apud Pomponium loco ſupra citato pro *Tuſcianus* *Tuſcius Fuſcianus* reponamus. Hoc enim mendum exemplaribus vetuſtate exeſis, librariorum inſcitia, & nominum ſimilitudine, apud Pomponium facile irrepſit. Conjecturam autem noſtram juvat, quod is ſub Hadriano vixerit, & ſub D. Pio legatus Numidiæ fuerit, ad quem D. Pii conſtitutio refertur, tanquam ad virum peritum juris à Triphonio in *l. 7. D. de legat. præſt. cont. tab.*

INDEX RERUM

memorabilium, quæ in hoc opere reperiuntur.

A.

ABurnium Valentem Antoninus Pius in Conſilio habuit p. 92
Accurſius notatus 8
Accurſii error de Octaveno 286
Adſeſſores Conſiliarii appellantur. 118
Africanus, gravis & ſubtilis in ſcribendo 98
Africanus qui apud Lampridium, non alius à Juriſc. in Pand. 98
Alphenus reprehenditur à Gellio 56
Alphenus Cremonæ ſutrinam primum exercuit 55
Alexander præter Ulpianum, neminem ſolum intra Palatium vidit 122
Alexander Severus XIV curatores urbis fecit 281
Alexander Imp. Chriſtum in larario ſuo coluit 124
Alciatus tuetur Africanum 101
Alciatus repehenſus 13
Ælius Gallus ex equeſtri ordine 187
Ælius Gallus primus in Arabiam arma Romana intulit *ibid.*
Ælii Spartiani locus corruptus 278
Ælius Tubero Stoicus 193
Æmilii nomen, Corneliorum gentis fuit 54
Æmilius Macer ſub Alexandri imperio floruit 177
Æmilius, Papinianus vocatur 14
Antiſtius antiquæ libertatis amator 59
Antiſtius Labeo, veterum Juriſconſultorum princeps 58
Antiſtius Labeo, prætor tantum fuit 61
Antoninus Imp. lacte Chriſtiano educatus 133
Antonius Auguſtinus Cartilium ab oblivione vindicavit 260
Aphrica ſub Proconſule 75
Aquilius Prætor 223
Aquilius clarior ex domu quam ex juris ſcientia. *ibid.*
Aquilius judex in cauſa P. Quintii 221
Aquilius Gallus, præceptor Servii Sulpicii 219
Aquilius Gallus auditor Mutii *ibid.*
Ariſtonis conſilio Trajanus uſus eſt 295
Ariſto longæ, & pertinacis valetudinis fuit 297
Ariſto Julianum extrema ſua ætate familiarem habuit 298
Arcadius Cariſius magiſter libellorum 179
Arrius Menander Conſiliarius Alexandri Severi 163
Arrianus Antonini Pii præceptor 302
Aſſeſſores, Conſiliarii appellantur 118
Aſſeſſor inſigniſſimus quid 119
Atteius familiaris Cæſari 311
Athenienſes de Salamina contendentes, teſtem Homeri locum adduxerunt 52
Ateius Pacuvius, Servii auditor 240
Atilicinius de jure reſpondit cum Nerva filio 286
Aulus Caſcellius 253
Aufidius Namuſa inter decem Servii diſcipulos 239
Auditores Servii qui *ibid.*
Auguſtini judicium 260
Aufidius Tucca 239

B

BAlduini ſententia, de cautione legi Miſcellæ adjecta, exploſa 31
Bernardus Malcius è coriaria ad legum ſcientiam acceſſit 5
Beneficiorum origo 7
Berytos urbs, in qua celebre legali ſcientiæ gymnaſium
Berytos legum nutrix *ibid*
Bernardinus Rutilius reprehenſus 11
Bernardinus Rutilius reprehenſus 9
Brevia quid 14
Briſſonius reprenhenſus 8
Brevia Edicta quid 14
Bruto tres fundi fuere 2
Brutus intra Prætutam ſe contin 205

C

CAjus cur *ſuus* à Juſtiniano app latus 1
Cajus Montani ſectator *ib*
Caſſia gens plebeia, ſed honorata 2

Ca

Cautio Mutiana remedium vocatur 30
Cajus Grammaticis familiaris 108
Caroli Martelli ſucceſſores 310
Capitonum cognomina à capite dicta 309
Caſſius in Sardiniam deportatur 270
Cautio, velut Mutiana 32
Calliſtratus ſub Septimio Severo & Antonino filio 159
Cautionis Mutianæ utilitas 32
Cœcilius, juris antiqui conditor 288
Cœcilius ſtudioſus Homericæ lectionis 289
Cajus prænomen Auli Ofilii 236
Caſſius luminibus orbatus 274
Caſſii tribunal, reorum ſcopulus *ibid.*
Caſſius fuit Sabinianæ ſectæ 275
Caſſius Sabinum excuſat *ibid.*
Caſſius Caſſianæ ſcholæ auctor 276
Caſſii domus à Quadrato claro oratore poſſeſſa *ibid.*
Cælius ad iram proclivis 306
Cælii ſententia à Labeone probata 307
Cœlius Antipater Juriſperitus *ibid.*
Cælius Antipater libros Annalium ſcripſit 308
Capitoni Auguſtus conſulatum acceleravit 313
Capitoni ſtudia civilia principatum in urbe dedere 315
Capito Ofilii auditor *ibid.*
Capito ſenex ſub Tiberio moritur 316
Caſcellius tempora Auguſti Cæſaris attigit 256
Caſcellius actor cauſarum probabilis 254
Capitolini locus elucidatus 93
Caſſius ſæpiſſimè ſub nomine Caii ſolo citatur 51
Cæcilii multi docti ſcriptores 287
Cartilius Marci Imperatoris proavus maternus 260
C. Caſſius à C. Cæſare civitate expulſus 270
Centumviri 152
Cervidius, non Servidius 105
Cervidius Scævola Juris Coryphæus 104
Celſus filius bis Conſul fuit 79
Celſus Prætor 81
Chriſtiani non putabant licitum gerere honores 134
Cinna à Servio proceſſit 241
Cinnæ conſulatu Cæſar Auguſtus pater patriæ ſalutatus *ibid.*
Cinna contra Auguſtum conjuravit 242
Cinna poëta alius à Juriſconſulto *ibid.*
Cinna prætor pater Juriſconſulti 241
Coenataphium quid 166
Contrariæ ſcholæ auctores in quibuſdam conveniunt 69
Cognomenta ab eventu tradita, ad poſteros propagantur 310
Conſilium exercere quid ſit 75
Columbæ volatus fauſtum ſignum 246
Cornelio Gallo primum Ægyptus provincia commiſſa 188
Craſſus reſponſorum morem condemnat 23
Cur Juriſonſulti membranis reſponſa ſua apponebant 73
Cur Salvius Julianus in indice primus numeretur 3
Cujacii ſententia non probata 183
Cujacius notatus 31
Cur nemo Manliæ gentis Marcus 210
Cujacii emendatio reprobata 84
Cum quid Julianus dicit, & Marcellus conſentit, veriſſimum 104
Cur Pomponius Servium patritium vocaverit 230
Cujacii ſententia damnata 68
Cujacius improbatus 141
Cuſpiniani error 269
Cuſpiniani error 314

D

Decreta regum apud Gallos manu procerum obſignabantur 83
De quibus cauſis Centumviri cognoſcebant 152
Detrahi legatum, pro minus eſſe in legato 35
Decreta Frontiniana quid 291
Differentia inter ἀσυνόμους & ἀγραφονόμους, deſumpta eſt ex Platone 24
D. Auguſtus primus inſtituit, ut ex auctoritate ejus reſponderent 43
Diminuere legatum non dicitur, ſed minuere 35
Divi nomen non dabatur Imperatoribus, niſi poſt mortem 117
Diſceptatio inter Servium, & Mutium 226

D. Cyprianus exilio multatus ſub Paterno Proconſule Carthaginenſi 176
Differentia inter tractatum & quæſtionem 21
Digeſtorum nuncupatio Juriſconſultis familiaris 12
Duo pacis decora, Antiſtius, & Capito 61

E

EDictum perpetuum anno 15. Imperii Hadriani à Juliano ordinatum 8
Edictum perpetuum vocatur, jus perpetuum 7
Equites inter plebejos numerantur 230
Error eorum qui Q. Mutium Scævolam P. M. eundem cum Mutio Augure credunt 27
Everriculum maliciarum omnium 222
Exilium, & deportatio in inſulam differunt 273
Ex Trebatio ſecta Proculeiana nata 249

F

FAvius Mela à Modeſtino reprehenſus 293
Fiſcus privatus, ærarium publicum 162
Florentinus in conſilio Alexandri 108
Formula qua poſthumi heredes inſtitui poſſunt 222
Fronto Emiſſenus 292
Frontonis cognomen à fronte impoſitum 290
Fronto inſignis orator *ibid*
Fufidii memoriam eruit Cujacius 305

G

GAllinaceus Vitellio, infelix augurium 246
Gracchanus Hiſtoricus 191
Gravius Flaccus 259

H

HAdrianus in jure ſæpè pro Antonino Pio ſumitur 109
Harmenopulus notatus 162
Homeri opera, à juris auctoribus magno in precio habita 52
Hotomani error de Publicio 244
Hippocratis locus reſtitutus 168

I.

JAbolenus, Trajani, Hadrianique temporibus 74
Jacobi Cujacii error 108
Jabolenus contrariæ ſectæ à Labeone fuit 78
Jabolenus præceptor Juliani 8
Jactus, caput tantum leg. Rhodiæ 95
Imperatores ſubſcribere ſolebant libellis, & cum iis Promagiſtri 83
In omni quæſtione tractatus præmittitur 20
In libris quæſtionum Juriſconſulti non utuntur verbo, conſtat 22
Index Juriſconſultorum 2
Index philoſophorum *ibid.*
In indicibus, numerus librorum ſcriprorum continebatur *ibid.*
Indices fiebant è membranulis *ibid.*
Juſti Lipſii error 270
Juris civilis ſcientia, patrimonium Scævolarum 26
Juriſperiti, ſapientes appellati 63
Juriſperiti, juris ſtudioſorum nomen minus arrogans ſumunt *ibid.*
Jus populi, idem quod jus ærarii 161
Julius Africanus orator 100
Junius, Gracchi ab amiciria Gracchanus appellatus 190
Julius Aquila 169
Junius Blæſus Africæ præfuit 268
Juventius L. Mutii auditor 224
Julianus quæſtiones tractavit 99

L.

LAmpridii error de Ulpiani libris ad Sabinum 38
Lælius Hadriani temporibus vixit 284
Lampridius defenſus 159
Lampridii locus de Mætiano, mendo purgatus 94
Lex Miſcella παλαιὸς νόμ☉ nuncupatur 31
Lex *ſcribit* de auro arg. leg. explicata, & Cujacii emendatio non probata 33
Lex Rhodia, domina maris 96
Legum Σωματοποιΐας. 63
Legis Juliæ de viceſima caput ante Juſtinianum ſublatum 178

Lex I. de reſp. prud. Cod. Theod. reſtituta 17
Lex xi. D. de minor. mendoſa 281
Lex Cincia 153
Lex *ſi uſusfructus* D. de jur dot. explicata 30
Libertas nimia Caſcellium intra quæſturam retinuit 255
Licinius Proculus vir pravus, & callidus, urbanæ militiæ impiger 47
L. 32. D. *de leg.* I. mendo purgata 88
L. *ſi per errorem* D. de juriſd. reſtituta 129
Licinius Rufinus Severi Alexandri temporibus claruit 180
L. *cum ſervus* D. de leg. I. explicata, & emendata 100
Liber Beneficiorum 73
Liber Aſſeſſorum 261
L. I. C. ſi rector provinc. reſtituta 76
Libri reſponſorum Papiniani in ſcholis legendi proponebantur 22
L. Tubero Prætor Urbanus 245
Locus Taciti reſtitutus 272
Locus Varronis emendatus 245
Lucius Lentulus primus codicillos introduxit 69

M.

MAuritianus in Alexand. conſil. 96
Maſſurius Sabinus annorum fere 50. in equeſtrem ordinem relatus 39
Maſſurii rubrica 40
Maſſutius à Paulo reprehenſus 40
Maſſurius Tyberii temporibes floruit 41
Marcellus Antonino Pio familiaris 101
Marcellus homo modeſtus, & frugi 102
Marcellus vigilantiæ ſuæ oſtentator *ibid.*
Marcellus Caſſianæ ſectæ 103
Mecius Juriſc. eadem ætate, qua Papinianus vixit 294
Manilius, verus Juriſconſultus 208
Manilii conſulatu, M. Cato mortem obiit 209
Mætianus Conſul ſuffectus 94
Mætianus Caſſianæ ſectæ *ibid.*
Maſſurius Capitonis ſectam ſequutus eſt 44
Manilianæ leges 211
M. Cælius Tribunus plebis 309
M. Pomponius Grammaticus ex oratione Tiberium reprehendit 312
Mammæa Alexandri mater Origenis ſtudioſa 124
Martianus ſub Antonino non parvæ auctoritatis 164
Maſſurius Sabinus Labeoni ſucceſſit 315
Minitius, ſive Minutius 266
Minutius de re nautica ſcripſit 267
Minutius Sabini ſectam ſequutus 267
Minutius Felix Romæ inſignis cauſidicus *ibid.*
Moris erat quum quis teſtamentum conderet, Juriſperitos vocare 68
Modeſtinus poëſeos amator 163
Modeſtini locus reſtitutus 170
Mos ſubſcribendi libellis deſumptus à Julio Cæſare 83
Modeſtinus ſub Alexandro Severo 171
Modeſtinus Maximini junioris præceptor 172
Multi Mutii Juriſperitiſſimi 26
Q. Mutius Scævola à Craſſo Juriſperitorum eloquentiſſimus, & eloquentium juris peritiſſimus appellatur 25
Multi ex Servio, tanquam ex officina Juriſprudentiæ profecerunt 282
Multa quæ olim prænomina fuerunt, cognomina poſtea facta ſunt 236
Mutius jus civile in artem redegit 33
Mutius primus cautionum formam introduxit 30
Mutius Augur, legum vates dicitur à Valerio 28
Mulier quinque lib. uno fœtu enixa 109
Mutius Scævola ludum ſcuprorum amavit 26
Mutius Scævola optime pila luſit *ibid.*

N.

NErva filius 17. anno ætatis ſuæ, de jure reſponſitavit 318
Nerva filius Proculi temporibus vixit 318
Nervæ Juriſconſulti Cocceii dicti, non Licinii 319
Nerva pater Tiberio familiariſſimus 318
Nemo Scævolarum Cenſor fuit 27

Neötericus Juriſconſultus in libris de Republ. Papiniani reſponſum damnans, reprehenſus 19
Neratius Pegaſi ſectator 70
Neratius Traiano charus *ibid.*
Neratius ſub Hadriano Conſul 71
Nicephorus explicatus 5
Notati, qui Pandectarum opifices, integros non habuiſſe libros Juriſconſultorum putant 3
Nobiles, boni appellati 122

O.

OFilius Trebatio, & Caſcellio doctior 237
Ofilius verborum proprietati anxie ſtuduit 238
Officium Conſulis 75
Ominoſum in locum mortui Conſulis vocari 01
Omnia maritima negotia, Rhodia definiuntur lege 96
Optimi & Maximi Principes 122
Optimas quid 123
Operis verbum apud Rom. explicatum 62

P.

PAternus rei militaris diligentiſſimus. 176
Papirius Fronto nepos Oratoris 290
Paulus non Patavinus ſed Tyrius 140
Paulus homo Græcus 141
Paulus Chriſtianis infenſus 142
Paulus aſſeſſor Papiniani fuit 144
Patritii tantum Senatores, vel Senatorii ordinis 230
Paconius legatus C. Sylvani 208
P. Mutius obiit morbo pediculari 201
Papiniani quicquid ſcriptorum erat Impp. retinuerunt 16
Papinianus, Papiniano Hoſtilio patre, & matre Eugenia Gracili natus 14
Papinianus Cerbidii Scævolæ diſcipulus *ibid.*
Papinianus diſertiſſimi nomen meruit *ibid.*
Papinianus ex Pompeio Trogo reſponſum Baſſiano factum deſumpſit 19
Papinianus ſecuri percuſſus, non gladio *ibid.*
Papirius Juſtus Antonini & Veri conſtitutiones compilavit 139
Papin. reſponſa Paulianis difficiliora 23
Papinianus Baſſiani juſſu necatus 18
Papinianus multos diſcipulos habuit 17
Pactumejus Clemens Juriſc. 97
Patritii permulti in plebeias tranſierunt familias 231
Patritiis inter pedites militare, ignominiæ nota 232
Πειθανῶν libri quid 65
Periculum, ſi ſervos à liberis cultus diſtingueret 119
Pedius Orator 283
Picus Martius 245
Plautius, Sylvanorum nomen 277
Pomponii verba ſuo loco reddita 219
Pont. Max. fuit Mutius 29
Pomponius Labeonis ſectam minime probavit 89
Pomponii verba tranſpoſita 194
Pomponii cùm Cicerone conciliatio, de Bruti libris 206
Poſteri Hugonis Capeti, non dicti ſunt Capeti 310
Pomponius 78. anno ſcripſit. 87
Pomponius Philoſophus Stoicus *ibid.*
Poſteriores Juriſconſulti nullo ſectarum ſtudio tenebantur 53
Proculi ſententia in omnibus ferè ſententiis prævaluit *ibid.*
Proculus ſub Othone præfectus prætorio 47
Proculi tempore juris ſcientia in duas diviſa familias 49
Proculeiani, diverſæ ſcholæ auctores vocati *ibid.*
Prædiator Caſcellius 255
Princeps lentus in ſuo dolore, Reip. injurias largiri non debet 312
Promagiſtri officium 83
Præf. urbi amici vocantur ab imperatoribus 121
Principes civitatis P. Mutius, Manilius, Brutus 202
Publicius prætor 244
Publicianum Edictum *ibid.*
Puteolan. libros aſſeſſoriorum ſcripſit 261
Publica judicia quid 168
Purpura adorabatur 118
Pythagoreorum *αὐτὸς ἔφα.* 147

Q.

Qui offerebat preces Imperatori, apponere ſolebat ſententias Juriſc. qui pro eo ſentiebant 45
Quid aurei libri 113
Qui Saturnini in ſcholis appellentur 265
Quid ſit corpus Civile, & corpus Canonicum 63
Qui preces Imperatori offerebant, ſententias Juriſc. apponebant 172
Quid ſit è patritiis exire 231
Quæſtionum tractandarum modus gratus Juriſconſultis 20
Q. Gravius præco 259
Quis Brutus fuerit Juriſconſulus 203
Q. Mutius Scævola à Mario interf. 29

R.

Regulæ Catonianæ quis autor 193
Romæ, viri tantum magnæ auctoritatis, ſeceſſibus utebantur 62
Rutilius vir doctus 212
Rutilii orationes jejunæ *ibid.*
Rutil. rei militaris ſcientia præſtitit 213
Rutili à quo appellati 214
Rutilius à Scauro in conſulatus petitione ſuperatus 215
Rutilius Rufi coloris 218

S.

Salvius Julianus νομικῆς φίλος 4
Salvius Julianus vixit temporibus Pii 9
Salvius Julianus Inſuber Mediolan. 10
Salvius Julianus, proavus Juliani Aug. 11
Saturn. libros ad Edictum compoſuit 263
Salvius Julianus perpetuum compoſuit Edictum 3
Salvius Julianus Ariſtonem per epiſtolam conſuluit ſuper parte Edicti 7
Scipio à Manilio obſidionali corona donatus 209
Scævola à Claudio deriſus 106
Scævola variavit aliquando 108
Sextus Ælius cordatus appellatur 198
Serapia mulier quatuor liberos eodem tempore enixa 109
Sext. Aurelius Victor reſtitutus 11
Servius Sulpitius notas in Mutii libros ſcripſit 102
Sextus Pomponius inter Papiniani diſcipulos 86
Senatuſconſulti à Cicerone relati verba reſtituta 311
Servius Sulpitius Lemoniæ tribus 225
Senatuſc. Rubrianum 148
Sextus Pompeius Juriſc. patruus Cn. Pompeii 320
Sextus Pompeius eruditus in Philoſophia *ibid.*
Sextus Cæcilius in area Palatina ſalutationem Cæſaris operitur 288
Servilius, alius à P. Servilio augure 300
Servilius Juriſc. ſub Nerone obiit *ibid.*
Servius ad Q. Mutium accedere non recuſavit 226
Servius Conſul cum Marcello 228
Servii conſilia ad concordiam ſpectant *ibid.*
Servius conſulatus repulſam tulit 227
Servius in legatione obiit 229
Sextus Pedius Juriſc. ante Ulp. vixit 282
Senectutis non inertis honeſtum munus, conſulentibus reſpondere 4[illegible]
Soror appellata, quod ſeorſum naſcitur 66
Stipendia pedibus facere, plebeium 232
Statua Servii Sulpi. pro roſtris poſita 230
Stola ſacerdotalis Pontif. Judæorum 274
Subſcriptio libellis appoſita, annotatio vocatur 83
Sutrinam ingenui homines olim diſcebant 55
Suetonii de Antiſtio Labeone judicium non probatur 60

T.

Tam formoſus, quam Mecius ſibi videtur 294
Ter. Clemens Conſul cum Tertull. 97
Tertyllianum S. C. ſub D. Pio factum 10
Tertii anni auditores, Papinianiſtæ vocabantur 16
Trebatii oſtentatio in reſpondendo 251
Tertullianus maximus juris interpres 135

Tertullianus Juriſc. non autor Chriſtianus 137
Tertullianus Chriſtianus ſub Septimio Severo floruit *ibid.*
Tertullianus Chriſtianus, cum Juriſc. affinitate conjunctus 138
Trebatius in Britanniam cum Cæſare profectus 248
Treviri Galliæ Belgicæ populi *ibid.*
Treviri capitales *ibid.*
Trebatii in Jure civili ſingularis memoria 249
Triphoninus Papiniani diſcipulus 157
Tribunalia magiſtratuum erant 129
Triboniani error 110
Tuberonis auctoritas magni ponderis apud Celſum 195
Tubero cauſis agendis operam dedit 197
Turpe patritio & nobili viro cauſas oranti, jus ignorare 227
Tuſcianus orator eloquentiſſimus 228
Tuſcius Tuſcianus, Legatus Numidiæ, ſub D. Pio 321
Tudites, mallei ſunt 311

V.

Valerii Veranii meminere auctores 280
Valerius Severus ſub Ant. Pio vixit 279
Vafrities quid ſit 55
Varius Lucullus, non multo junior Labeone 303
Verbo, *quidem*, utuntur Juriſc. cum alios notant 146
Verba l. 6. D: mand. reſtituta 263
Venuleius græcis litteris operam dedit 116
Velleianum S. C. de interceſſionibus appellatur 155
Venuleius Saturninus ſub Alexandro Severo 116
Vindius Varus Siciliæ legatus 279
Vivianus ætate Proculi vixit 263
Vitellius, magni nominis auctor 304
Vitellius procurator Auguſti 305
Vindii conſilio Anton. Pius uſus eſt 278
Ulpiani prudentia 1_9
Ulpianus ſacrorum ſcriniorum magiſter 120
Ulpianus præf. prætorio *ibid.*
Ulpianus à militibus interfectus *ibid.*
Ulpianus ex Phænice Tyriorum Colonis 117
Ulpianus Chriſtianis infenſus 124
Volcatius præceptor Caſcellii 253
Voluſius Mætianus Antonini Pii præceptor 93
Urſeius Ferox, Proculeianus 290
Utilitas cautionis Mutianæ 30
Uxor Catonis Juriſc. filia Pauli 192

NO-

NOTÆ ET ANIMADVERSIONES AD BERTRANDUM.

Pag. 1. lin. 1. *Spartianum*] locus is eſt in *cap. 23.*

l. 14. *inquit:*] in l. 2. C. de *vet. jur. enucl. §. 20.*

l. 22. *eundem Cicer.*] locus Ciceronis eſt libr. 4. *ad Attic. epiſt. 4. iiſque* (librariolis) *imperes, ut ſumant membranulam, ex qua indices fiant, quos, vos Græci (ut opinor) συλλάβους appellatis.* Ex quo apparet *indicem* à Cicerone non eo ſenſu quo hic ab auctore noſtro accipi, ſed pro cujuſvis libri titulo, aut inſcriptione. Ita Sueton. *in Calig. cap. 49. in ſecretis ejus reperti ſunt duo libelli, diverſo titulo: alteri gladius, alteri pugio index erat.* Item Martial. *lib. 3. epigr. 2.*

Et te (libelle) *purpura delicata velet,*
Et cocco rubeat ſuperbus index.

p 4. lin. 18. & ſeqq. Male Alciatus *lib. 2. diſpunct. cap. 27.* & eum imitatus vir celeberrimus auctor noſter Salvio Juliano tribuunt id epigramma, quod extat *libro 4. Anthol.* qui εἰς εἰκόνας ἀνδρῶν ἀγαθῶν inſcribitur *ep. 2.* quodque Theætetus, recens poëta in honorem Juliani Anteceſſoris (novellarum Juſtiniani interpretis & epitomatoris) compoſuiſſe videtur; cum temporibus Hadriani, & Salvii Juliani jus civile Romanorum Beryti floruiſſe non conſtet. quod & animadvertit Fabrottus *in not. prior. ad Theoph.* & ante eum Pithæus.

l. 22. Ῥώμη] intelligit τὴν νέαν Ῥώμην ſive Conſtantinopolin. vid. *proœm. digeſt. §. 9.*

l 24. Βερόη] eadem quæ *Berytus* uti obſervavit Joſ. Scaliger ad Euſeb. p. 121. ex hoc Nonni loco, qui eſt Dionyſ. lib. XLI. verſ. 364.

Πρωτοφανὴς Βερόη πέλε σύγχρονος ἥλικι κόσμῳ,
Νύμφης ὀψιγόνοιο φερώνυμος, ἣν μετανάσαι
Υἱέες Αὐσονίων ὑπατήϊα φέγγεα Ῥώμης
Βηρυτὸν καλέουσιν, ἐπεὶ Λιβάνῳ πέσε γείτων.
Prima apparens Beroë fuit coœva æquali mundo,
Nymphæ ſerogenitæ nomen habens, quam exules
Filii Auſoniorum, eximia lumina Romæ
Berytum appellant, poſtquam Libano cecidit vicina.

vide *Menag. cap.* 24.

παντὰ θεὸς] lege πάντα φύσις, juxta edit.

p.5 l.13 *Nov. conſt. 10.*] in aliis edit. eſt *ix.*

p.6. l.18. *Gellius*] libro x. cap. 15,

l.21. *Sacerd. veſtalem*] adde *in omni mea juriſdictione* jurare &c.

p 7. l. 1. *met. cauſa,*] adde *in l. 1.*

l 20. lege: *tabulas bonorum poſſ.*

p.10. l.18. *Caſſiodorus*] adde & Lampridius *in Commodo cap.* 12.

p.13.l.5. *& ex l. Plautius. 49. D. ad leg. Falcid. & l. ſi proprietarius. 22. §.ult. D. de damno inf.*] utraque hæc lex aliena eſt à propoſito; neutra enim Minitii, aut Juliani meminit. Videtur tamen id voluiſſe vir nobiliſſimus, pari ratione ac Julianus *ad Minitium*, ita Paulum *ad Plautium* libros ſcripſiſſe (uti paret ex inſcriptione harum legum) *commentarios* ſcilicet, vel *notas*: neque tamen Paulum hoſce libros Plautio aut dedicaſſe, aut dedicare potuiſſe quod hic Pauli tempora non attigerit.

l.13. lege: *l. tenetur 6. §. ſi eas 4.*

p.15. l.2. lege: *quod ex l. manifeſtiſſimi 22. §. ſed* –

l.23. ſic tranſponend. *inſtit. de fideic. hered. & in l. generaliter verſ. cum autem C. de inſtit. & ſubſtit. hominem excelſi ingenii. Nov. 4. maximum Papinianum. in Nov. 108. Sapientiſſimum.*

l.18.

p.18. l.21. *nece:* lege *cade.*

l.24. *ad hoc*] lege *& huic.*

l. 28. *Fratrum*] adde *Antoninorum.*

p.19. l.8. *noluerit rationem*] multa hic deſunt, quæ vide apud Spartianum *cap.* 8.

l.21. *nulla*] adde *ſatis* juſta.

p.20. l. 15. *Q. Mutio Scævola*] male. *Cervidius* enim *Scævola quæſtiones* ſcripſit.

l.25. locus *Iſidori* eſt in libro 6. cap. 8.

p.22. l.23. *alius*] adde *item à Juſtiniano in d. l. cum acut.*

p.24. l.2. lege: *Ad ſecundum l. Divus Hadrianus 8. D. de divort.* nam *l. ſi pœnituit* eſt ex libro *primo.*

l.3 *.notas ſcripſit Matianus:*]male. nam ipſe Martianus, uti paret ex l. *qui pupillam*, auctor eſt harum notarum.

p.27. l.24. *lib.8.* cap. 15.

p.28. l. 1. lege *à Quinto Mutio.* nam & augurem Q. appellatum fuiſſe conſtat ex Cic. *lib. de amicit. in princ.*

l. 4. lege *Q. Scævola tradit Valer. Max. lib.8. cap. 12.*

l. 5. *pro Balbo cap. 20.*

p.31. lin.5. *lege 62.* adde *D. de cond. & dem.*

l. 17. *male trahit* adde in paratitl. ad tit. C. de indict. viduit.

p.35. l. 20. *deminuere ex legato*] adde *vel detrahere* uti eſt in l. *Si peculium. 10. D. de pecul. leg.* vide & l. *denique 8. pr. eod. tit.*

p.36. l.2. *eodem verbo uſus eſt*] adde *Ulpianus*, niſi malis *Julianus* in l. *ſi uſusfructus* 14. *§.* 1. &c.

l.18. *§. commodatum*] in hoc *§.* nihil de Mutuo occurrit, puto Bertrandum reſpicere ad *§. quinimo 8.* qui tamen & ipſe Juliani non Mutii verba refert.

p.38. l. 4. *Lampridius cap. 16.*

p.39 l.9. lege: *in l. quæſitum 12. §. ſed ſi fundus 27. D. de inſtr. vel inſtr. leg.*

p.41.

p.41. l.13. *cum Pæto &c.* apud Caſſiodorum eſt *Pio.*

l. 11. *Turpilianus enim collega &c.* non diverſorum, ſed unius III. viri A. A. A. F. F. nomen eſt *Sabinus Turpilianus.*

p.43. l.9. *Pomponio auctore*] adde *in d. l. 2. D. de orig. jur. §. 47.*

p.46. l. 22. lege: *Gellius librum undecimum.*

l.24. *lib. 8.*] in vulg. Nonii editionibus eſt *lib.7.* & rectius, nam & ita apud Gellium *lib. 4. cap.20.* legitur; ex quo hunc locum Nonius deſumpſit.

p. 47. l. 7. *auctore Tacito*] lib. 1. *hiſtor. cap. 87.*

p.48. l.8. lege: *lib.18. annal. lib.2. hiſtor. cap.60.*

l. 11, lege: *Tacitus lib. 1. hiſt. cap.82.*

l. 20. ex l. 47. *de legat. 2.* malè colligitur Proculum Sempronii nepotem fuiſſe.

p.51. l.11. *Iliad. ζ. verſ. 234. & η. verſ. 482.*

p. 52. l. 13. male exiſtimat Bertrand. verba: *Et ſues autem &c.* in *l.65. §.4. ff. de leg. 3.* tribui debere Caſſio non Martiano; nihil enim aliud ex Caſſio in *d. l.* retulit Martianus, quam pecoribus legatis eum exiſtimaſſe etiam quadrupedes quæ gregatim paſcuntur, contineri. Addidit vero de ſuo Martianus: *Et ſuos autem* & quæ ſequuntur. *Menag. cap.31. p.125.*

p.54. l.3. *Æmilii ſi quidem nomen Cornel. gentis fuit.*] Proculos ex Cornelia gente ortos eſſe vix crediderim, quid enim Cornelii Proculi patre *Claudio* Proculo, quid noſtro *Licinio* Proculo facias? Et neſcio utrum verum ſit *Æmilii* nomen gentis *Corneliæ* fuiſſe. Verum quidem eſt Scipionem Africanum Æmilii Pauli F., poſtquam in Scipionum familiam adoptione tranſiviſſet, appellatum fuiſſe P. Scipionem *Æmilianum.* (Valer. Max. lib. v. cap. 10.) Ex Æmiliorum gente fuere potiſſimum Pauli, Scauri, Lepidi.

p.55.

p.55.l.5. *Vell. Paterculus lib.2. cap.103.*
l.9. *lib.18:*] lege: 2. *hiſt. cap.* 29. *&* 3. *hiſt. cap.* 36.
l.18. *Sat.3. verſ. 130.*
p.58.l.8. *ſolum*] add. *l.21. de contrah. empt.*
l.17. *Appianus* lib.4. ἐμφυλ. in fin.
p.60. l.21. *eodem Tacito*] dict. lib.3. cap.70.
p.61.l.6. *Livius lib.5.*] cap.31. & lib.6. cap.27.
p. 68. l. ult. *l. 9. D. pro ſocio:*] puto legendum *in l. 23. D. pro ſocio*, vel *52. §. 8.*
p.70. l. ult. *Hadriano cap.4.*
p.72. l. 13. *Spartianus in Hadr. cap.15.*
p.73. pr. *Plin. lib.7. cap.21.* quibus viſus erat infirmior, iis membranarum uſum familiarem fuiſſe non docet; verum refert, fuiſſe, qui in nuce incluſam Iliada Homeri in membrana ſcriptam habuerit.
l.24. *hodie*] adde *à principe.*
p. 77. l. 19. lege: *l. non ex omnibus 39. D. de recept.* Ex duodecimo *l. 33. de pecul.* Ex decimotertio *l. 22. D. de acquir. poſſeſſ.* Ex decimoquarto, & decimoquinto *l. morbus. 113. l. ſolvendo 114. de verb. ſign.*
p. 79. l. 14. lege: *Anno V. C. 866.* vid. Onuphrium *in Faſt.*
l. antep. *antiq. inſcript.*] eam exhibet Onuphr. *in comment.* ad A. V. C. DCCCXXCII.
p.85. l.4. male Labeonem in *l. 30. de uſurp.* de Domitio interpretatur quem & J.C. fuiſſe, & libros epiſtolarum ſcripſiſſe contendit ex verbis *l.28. qui teſt. fac. poſſ. Domitius Labeo Celſo ſuo ſalutem.* Ego quoque cum Bertrand. nihil mutandum in *d. l. 30. §. 1.* exiſtimo, ſed longe alia de cauſa: ſc. quia adduci non poſſum ut credam, Domitium illum Labeonem fuiſſe J.C., cujus ut Juriſconſulti meminit nemo. Celſum quidem conſuluit, ſed non inde ſequitur pro-

protinus eum juris auctoribus eſſe annumerandum: quanquam juris auctores ſeſe invicem conſulebant, ſed alii eos etiam conſulebant, ut patet ex *l. 3. §. 1. D. de min. l. 18. de jur. cod.* Etiam J.C. non fuiſſe Labeonem illum apparet ex ſtulta, & pluſquam ridicula quæſtione quam Celſo propoſuit. *Menag. cap. 20.*

l. 25. INSTITUTIONUM] hi libri apud Labittum non citantur, & dubito an *inſtitutiones* Celſus ſcripſerit.

p. 87. l. 15. Fruſtra Bertrand. in *l. 64. §. 9. D. pro ſoc.* legendum exiſtimat: *Et ait Sextus Pomponius Julianum referre Sabinum reſpondentem* &c. & in vita Pedii (dum ipſe ſibi non conſtat) *& ait Julianus Sextum Pedium.* Breviter autem monuiſſe ſufficiat libros XXXV. *ad Sabinum* ſcripſiſſe Pomponium, ut veriſimilius ſit, quod in d. *leg. 64.* ſequitur, de Sabino id Pomponium retuliſſe, quam Julianum, qui ad Sabinum nullos libros ſcripſit. *Menag. cap. 20.*

p. 89. l. 26. ad hunc * transferenda ſunt verba pag. ſeq. aſteriſco (*) ſimili notata AD SABINUM LIB. XXXV.

p. 91. l. 10. Pomponium ſcripſiſſe *librum ſingularem de tacitis fideicommiſſis*, ex *l. pupillus 239. D. de verb. ſign.* non rectè colligitur, cum d. l. *pupillus* ſumpta ſit ex Pomponii *libro ſingulari Enchiridii.*

p. 94. l. 22. *lib. 4. epiſt. 24.*

p. 95. l. 5. & ſeqq. *Marcum Metium &c.*] in inſcript. quæ eſt apud Onuphr. *lib. 2. Faſt.* ad A. V. C. DCCCCLXXVIII. legitur *Marcum Macium Rufum &c.* porro notandum Ulpianum auctorem eſſe l. 5. D. *de jure Fiſci*, non vero Metium. puto ita ſenſiſſe Virum Clar. *ut intelligatur de Metio, juriſconſulto illo, qui auctor eſt novæ ſententiæ in l. 50. D. de jure fiſc.* ubi tamen in vulg. edit. legitur *Meſſius.*

l. 15.

l. 15. *Qui alius à libris fideicommiſſorum eſt*] Fallitur hic Bertrand. dum putat libros *quæſtionum de fideicommiſſis* alios eſſe à libris *fideicommiſſorum*; Ego ſane non diverſos crediderim. Et ita Anton. Auguſtino videbatur. *Menag. cap. 5. amœn. jur. civ.*

p. 97. l. 14. *944*:] apud Onuphr. eſt *948*.

p. 98. l. 4. Ad locum Lampridii quod attinet, omnino mendoſus eſt, ſiquidem præter Africanum, multi alii Juriſperiti inter conſiliarios Alexandri ibi numerantur, qui ætate Alexandrum anteceſſerunt, quales ſunt Pomponius, Alphenus, Mæcianus &c. neque etiam hæc nomina in vetuſtis membranis comparent, quarum ope Claud. Salmaſ. hunc locum integrum reſtituit, quem vid. *Menag. cap. 23.*

p. 101. l. 1. Putat quidem Bertrand. in inſcript. *leg. 42. de fideic. libert.* legi debere *Marcellus* non *Martianus*, quia ſc. Marcianus ſub Alexandro vixit, auctor vero dictæ leg. Pium Imper. appellat *ſuum*: ſed omnino ibi legend. ut *in Pandectis Flor.* legitur; *Mæcianus lib. 7. Fideicommiſſorum.* Ille enim libros fideicomm. ſcripſit, non item Marcellus. *Menag. cap. 5.* Et dato Martiani eſſe hanc, nihil propterea mutandum, non obſtante temporum ratione; extat enim reſcriptum Antonini ad eundem hunc Martianum in *§. 2. Inſt. de his qui ſui vel alien. jur.* Vide ipſum Bertrandum *pag. 164.* & intellige, quam malè habitus ſit ab heredibus auctoris noſtri fœtus ejus poſtumus, quamque negligenter in lucem editus.

p. 103. l. 9. *l. 85. D. de cond.*] lege: *in l. 86.* quæ tamen & ipſa huc non ſpectat, cum Mæciani ſit, non Marcelli.

l. 10. *Scauro*] in vulg. edit. *Gauro*.

p. 104.

p. 104. l. 7. *& ex inſcriptione l. 11. quod met. cauſ.*] malè; hæc enim lex non Marcelli, ſed Pauli eſt.

p. 108. l. 18. *ut ex illius verbis &c.*] verba Servii hæc ſunt: *Manifeſti eum furti arguit, dicendo vidi.* Eadem allegat Cujac. *lib. xi. obſ. cap. 38.* ubi addit: *ad illum, opinor, reſpexit locum, eumque ex Cajo ſumpſit Tribonianus, legit in Cajo Servius &c.* Hæc cum apud Cujacium legeret auctor, quæ Cujacii ſunt verba, Servii eſſe ratus eſt.

l. pen. lege: *interpretis ad lib. 3. Georg. verſ. 307.*

p. 114. l. pen. *ex lib. ſing. &c.*] male. nam *l. ſi quis.* Paulum auctorem habet, non Cajum.

p. 115. l. 1. *ejuſdem &c.*] & hæc lex non benè Cajo tribuitur, cum ſit Pauli.

l. 21. & 4. ſeqq. Omnia quæ hic de Cajo proferuntur Scævolæ competunt, cui & ipſe auctor ea tribuit p. 107 l. 22. & ſeqq. non tamen id ejus, verum operis poſtumi editorum ἁμάρτημα crediderim.

p. 116 l 7. C. *Caßium:*] atqui in vulg. edit. eſt *Cajum & Caßium.*

l. pen *l. x. C. ex quib. cauſ. inf. irrog.*] in toto hoc titulo *Venulejo* lex inſcripta non occurrit: impoſuit Bertrando ſimilitudo vocum *Venerii,* aut *Venuſtiani,* quæ leguntur in inſcript. l. 2. & l. 4. d. t.

p. 117. l. 1, *l. xvi. D. de pœn.*] hæc l. *Claudii Saturnini* eſt, quem diverſum à noſtro *Venulejo* facit Labittus, eundem vero cum eodem Venulejo faciunt Merillus, & Bertrandus. Complures Venuleji libri memorantur in indice D. Florentino, quorum quia nullos hic recenſet, contra quam ſolet auctor noſter, conjicere licet quam minus perfectum opus hoc, quam deſtinaverat, morte præventus nobis reliquerit.

p. 119.

p. 119. l. 15. *Lampridio cap. 27.*
p. 122. l. 12. lege: tradit Athenæus *lib. 1. Deipnoſoph. in arg. oper.*
l. ſeq. *vocatur ab eod. ὀνομ.*] verius ſi dixiſſet κειτȣκέιτ☉-. vid. *loc. cit.* Non enim Ulpianus Sophiſta, verum ejus ζηλωτὴς Pompejanus Philadelphenſis ὀνομαλοθήρας vocatur ab Athen. *lib. 3. cap. 19.* Non ſatis recte etiam confunditur Ulpianus Sophiſta, cum noſtro Juriſconſulto Ulpiano.
l. 20. *libro 2. excuſ.*] adde in l. 4. *in fin. D. de excuſ.*
p. 129. l. 6. *Novella nondum edita*; jam autem edita eſt.
l. 6. Videtur in *l. 9. de jur. cod.* Ulpian. notaſſe apud Marcellum non apud Ariſtonem.
p. 133. l. 10. lege: *militum impetrato imbre diſcuſſam conteſtatur.*
l. 23. *teſtimonio*] adde *exornavit* &c.
l. pen. *Spart. in ejus vita cap. 1.*
p. 134. l. 1. lege: *colluſorem ſuum puerum.*
l. ſeq. lege: *neque patrem ſuum, neque patrem pueri.*
l. 11. lege: *Zeno apud Prienenſes.*
p. 135. l. 4. *& in l. ſervum 27. D de pignor.*] hæc verba transferenda ſunt ad lin. 7. ubi lege: *ad Marcellum ex l. ſervum 27. D. de pignor. & l. tutor 28. &c.* in d. enim l. *ſervum* non ad Papinianum, ſed ad Marcellum Ulpianus notat.
l. 8. *non pauca ad Minitii &c.*] male: lex enim *vinaria 206. de verb. ſign.* Juliani eſt, non Ulpiani.
p. 136. l. 2. *quædam decreviſſe Ulpianus ſcribit in l. 2. §. ſed & ſi quis 9. &c.*] & hic editores peccaſſe puto, nam in d. §. *Juliani*, non *Pomponii* meminit Ulpianus. Senſus erit commodus, ſi ita legas: *quædam ſcripſiſſe apparet ex l. ult. D. ad Sen. Tert. Ulpianus etiam meminit hujus Tertulliani in l. ſive ingenua &c.*

l. ult. in l. 41. non fit mentio Pompeii ſed Pomponii.

p. 138. l. fin. *ejuſque mentionem illum facere &c.*] atque id ob temporis diverſitatem fieri non potuiſſe antea demonſtravit auctor.

p. 141. l. 4. *in l. 9. de ſupell. leg.*] male: cum lex hæc Papiniani ſit, non Pauli.

p. 143. l. 4. *Juſtinianus*] male: eſt enim *Gordiani*; quare & id falſum quod ſequitur, *imitatus Diocletianum*, nam eum Gordianus anteceſſit.

l. 7. lege: *Modeſtinus libro IV. de excuſat. tut. in l. 13. §. 2. D. de excuſ. tut.* &c.

p. 147. *Juſtinianus:*] adde *in l. 33. §. 1. C. de inoff. teſt.*

p. 161. l. 18. vide Marcellum Donatum *ad Tac. 1. Annal. cap. 37.*

p. 162. l. 6. *male Harmenopulus ad l. 11.*] ea quæ adducit Scholiaſtæ, non Harmenopuli ſunt verba (*lib. 1. tit. 2. §. 46.*) quamobrem non jure Harmenopulus reprehenditur.

p. 167. l. 20. & ſeqq. Quod dicit auctor per capita Martianum libb. Inſtit. diviſiſſe, abſonum eſt, multoque magis quod confirmare id vult ex inſcript. *leg. 19. de rit. nupt.* Nam non eſt ea de capite Inſtitutionum Martiani accipienda, verum de capite leg. Juliæ.

p. 169. l. 14. *notas in Julianum conjicio &c.*] atqui in d. l. §. 2. Mauricianus, non Martianus commemoratur; & hic variat ipſe Bertrandus (confer p. 97.) aut potius hi, qui illotis manibus tanti viri opus perficiendum ſuſcepere.

p. 170. l. 2. *in quo reſcriptum*] ſcilicet in aliquibus tantum editionibus. vid. Ant. Auguſt. *ad d. l. 15. Modeſtini.*

p. 173. l. 10 *probat l. 35.*] malè: eſt enim hæc l. Mæciani.

p. 174. l. 22. *fit mentio &c.*] atqui hæ leges, quibus probare nititur Modeſtinum *ad Caſſium* ſcripſiſſe Javoleni ſunt. confer p. 77.

l. fin.

l. fin. in inſcript. leg. *homo liber de adq. rer. dom.* non fit mentio *lib. 35.* nec Modeſtini ſed Pomponii *lib. 3. ad Sabinum.*

p. 177. l. 11. *Theogoniam ut perp. ſcript. eſt apud P. Crin.*] Æmilius Macer *Theogoniam* ſcripſit (Non. in *Picumnus*) Licinius vero Macer *Ornithogoniam*, teſte eod. Nonio in *profecta.* Non bene ergo Crinitus notatur.

p. 180. l. antep. *Rufini meminit &c.*] in d. l. Junii Rufini, non noſtri Licinii fit mentio.

l. ult. & p. ſeq. *conſulatum etiam exercuit &c.*] Titius Rufinus Coſ. A.V.C. 950 uti apparet ex inſcriptione quam adfert Onuphrius *in Faſt. ad d. ann. V. C.* Confundit ergo Bertrandus Licinium, Junium, & Titium Rufinos.

p. 181. in fin Collationem legum Moſaicarum & Romanarum Licinius Rufinus non ſcripſit At Licinium Rufinum illius collationis auctorem alium eſſe ab hoc noſtro certiſſimum eſt. Illic enim tit. v. & vi. &c. referuntur conſtitutiones ex tribus Codicibus, Gregoriano, Hermogeniano & Theodoſiano, quas Licinius Rufinus Julii Pauli JC. æqualis legere per ætatem non potuit. *Menag. cap. 7.*

p. 182. l. 2. *Chriſtianum fuiſſe*] hæc ſententia jam dudum explofa à Frehero *lib. 1. parerg. cap. 9.*

l. 22. *l. 29. de liberali cauſa*] hæc l. non *Antini* eſt ſed *Arrii Menandri,* in vet. edit. *Arriani.*

p. 183. l. ult. *inſcr. duar. legum ſi heres &c.*] quatuor ll. *ſi heres* in d. t. occurrunt l. 35. quæ *Pauli* eſt. l. 73. *Caji.* l. 110. *Africani.* l. 125. *Rutilii Maximi.* Fallitur ergo Bertrandus, primum, quod neget eſſe in h. t. legem quæ inſcribatur Rutilio Maximo, deinde, quod alteram harum ll. Juliano tribuat. Impoſuit forte

illi hæc, neſcio, quâ uſus eſt, editio, cujus etiam vitio pleraque hujuſmodi menda commiſſa fuiſſe reor.

p. 184. l. 18. Cornelium Maximum *ad L. Falcidiam* ſcripſiſſe mihi non ſit veroſimile, repugnante temporum ratione: Trebatius enim cum jam hujus diſcipulus eſſe deſiiſſet; inſigniſque ipſe juris ſcientia haberetur, bello Gallico Cæſarem ſecutus eſt: lex vero Falcidia ſub Auguſti demum III.viratu lata eſt.

p. 185. l. propen. Male Bertrand. ex *leg. 60. ff. de donat. inter vir. & ux.* colligit Hermogenianum JC. fuiſſe Chriſtianum. Verum quidem eſt veteres Chriſtianos, qui uxorem habentes ad ſacerdotium vocabantur, ab uxoribus divortiſſe: verum hoc ante Impp. Chriſtianos, quos ante vixiſſe Hermogenianum non dubitamus, legibus ſtatutum fuiſſe, minus eſt veroſimile. Igitur aut hæc vox *Sacerdotium* eſt à manu Tribon. aut, ſi eſt Hermogeniani, quod magis puto, de ſacerdotio paganorum accipienda videtur. Paganorum quoſdam ſacerdotes non ſolum à Venere ante ſacrificium abſtinuiſſe; verum etiam matrimonium in totum abdicaſſe conſtat ex Tertulliano. *Menag. cap. 11.*

p. 187. l. 25. *ejuſdem Galli meminit Virgil. &c.*] In eo graviter etiam errat Servius *ad d. eclog.* cum hunc Aſinii Pollonis filium facit: rectius Ammianus Marcell. *loc. hic cit.* Gallus is, de quo Virgilius, *Cornelius Gallus* eſt, de quo & Ovid. *lib. 1. amor. el. ult. & lib. 3. el. 9. & 2. Triſt. verſ. 445.* nec non Propert. *lib. 2. in fin.* item Sueton. *in Aug. c. 66.* unde paret non convenire inter auctores de ejus morte. Circumferuntur quædam Maximiani Elegiæ, hujus Corn. Galli nomen præferentes. Celebris illa cujus princ.

Nc

Non fuit Arſacidum tanti expugnare Seleucen &c. cui larvam detraxit Joſ. Scaliger *in opuſc. poſtumis. C. Aſinius Pollio* Virgilii & Horatii amicus (*vid. Horat. 2. carm. od. 1.*) Coſ. fuit A.V.C. DCCXIV. cum Cn. Domitio Calvino. Hujus filius C. *Aſinius Gallus* Coſ. fuit A.V.C. DCCXLVI qui dimiſſam à Tibero Vipſaniam, Agrippæ F., Pomp. Attici N. uxorem duxit auctore Tac. *l. 1. ann. c. 12.* à Tiberio egeſtate cibi refertur peremptus ab eod. Tac. *l. 6. ann. c. 23.* Hujus Filius, Pollionis N., Aſinius Gallus A. V C. DCCLXXV. nono principatus Tiberii anno Coſ. fuit (teſte Plinio *lib. 33. cap. 2.*) cum Antiſtio Vetere. Hic ſub Claudio ad res novas conſpiravit. Suet. in *Claud. cap. 13.*

Cæterum noſtrum Ælium Gallum, qui *de verborum ſignificatione* ſcripſit, eundem puto, cum eo, qui à Feſto citatur, quique Varronis ætate vixit, eo tamen ætate grandior. vid. Varr *de L.L. p. 9. & 55.*

p. 187 l antep. lege *Tiberio Claudio Donato.*

p. 188 l. 8. *libenter colligerem &c.*] vid. Valeſium *ad Ammian. Marcell. p. 136.*

p. 189. l. 2. *in verbo Tribunitia &c.*] is locus extat in edit. Rom Fulvii Urſini (quam & Gothofredus *in Auct. L. L.* exhibet) p 159. in Ant. Auguſtini & Scaligeri editione eum ſuo loco non reperio.

p. 191. l. 21. præter Joſephum Scaligerum, idem Senatuſconſultum emendavit Villalpandus *in Ezechiel. tom. 3. part. 2 lib 3. cap. 19.*

p. 200. l. ult. & p. ſeq *Frater Mutii* non *L. Craſſus* fuit, ſed *P. Craſſus Dives*, Cic *1. de orat. cap. 37.* & *in Brut. cap. 26.* unde nota Pomponii errorem in *§. 40 l. 2. de orig. jur.*

p. 219. l. 13. *dicendi:* ita Bertrandus. in vulg. tamen editionibus, veluti Gruteri &c. *diſcendi* eſt: nihil ergo hic mendi apud Pompon.

l. 21. *conſenſu omnium qui ea ætate vixerunt.*] hæc verba apud Victorem non occurrunt. Puto id voluiſſe auctorem noſtrum; habuiſſe Aquilium juriſconſultum domum in colle Viminali, ut ſcribit P. Victor *in quinta urbis regione*, quam pulcherrimam conſenſu omnium ea ætate fuiſſe, ita ut ex ea clariorem, quam ex juris civilis ſcientia Aquilium evaſiſſe Plinius dicere non dubitaverit.

p. 227. l. 20. *prætura ejus &c.*] teſte Cic. *pro Muræn. cap.* 20.

p. 231 l. 4. locus is Suetonii mendoſus eſt, quem ita emendavit Manutius in *lib. de Senat. Rom: rege inter Romanas gentes allecta, mox à Servio &c.*

l. 17. non videtur Gruchius rectè reprehendi ab auctore noſtro; nam ob cenſum patritii aliquando equitibus, & hi plebi accenſebantur: ut notum ex illo *Horat.* 1. *epiſt.* 1. *verſ.* 57.

Si quadringentis ſex ſeptem millia deſunt.
Plebs eris.

p. 241. l. 22. *in Faſtis:*] *lib.* 2.

p. 249 in med. Magnopere à vero aberrat Bertrandus, quod ex verbis Ciceron. *lib.* 7. *ep.* 5. colligit Trebatium Sectæ Principem fuiſſe. *Quod familiam ducit*, proverbialis eſt loquendi modus ſignificans quod præcipuum eſt. Quo uſus etiam idem Cicero *lib. de fin.* 4. *Sed primum illud vide, graviſſimam illam ſententiam, quæ familiam ducit &c.* Traductus autem hic loquendi modus à venalium ſervorum familiis, in quibus pulchriora mancipia reliquum ducebant gregem, ut vendibiliorem redderent, ut rectè Turneb. obſervat. *Menag. cap.* 14.

p. 253. l. 1. LIB. DUOS: à Macrobio tamen *d. loc.* citatur *decimus.*

p. 254. l. 8. *minime tamen cum Meſſ.*] non bene percepit Horatii mentem Bertrandus, non enim ab eo Meſſala cum Caſcellio componitur.

p. 269. l. 20. *extraordinarius:*] fuit quidam Longinus conſul ſuffectus, vid. Onuphr. ad A. V. C. 764. ad quem forte reſpexit Cuſpinianus, non jure eo nomine hic reprehenſus.

p. 278. l. 16 rectè in d. l. *Numidius* emendavit Cuſpinianus, nam ex *Numidia* gente *Quadrati* fuere. vid. Caſaub. *ad loc. cit.*

lin. penult. Vindius Varus *l.* 3. *de teſt.* ibi legitur Vivius Varus, in *corp. gloſſ.* Junius Varus.

p. 279. l. 22. & 24. non bene *Salvio Juliano.* in Capitolino eſt *Salvio Valente.* de quo Ulpian. in *l* 7. §. 2. *de accuſat.*

p. 280. l. ult. in *l.* 11. §. 2. *de min.* fit mentio Ærii Severi. in *corp. gloſſ.* Decii Severi.

p. 292. ad fin. Bertrand. hoc loci *Emiſeno Frontoni* emendat: *Emiſa* autem ſive *Emiſſa*, ſive *Emeſſa*, aut *Emeſa* (namque omnibus hi modi

modis hujus urbis nomen à ſcriptoribus effertur) Phœniciæ urbs fuit, de qua Ulpian. l. 1. *de cenſ.* & l. 8. *tit. eod.* Sed præterquam quod nomen patriæ adjungi non ſolet nominibus propriis in epiſtolis, veriſimile non eſt de teſtamento militis Imperatorem ad rhetorem reſcripſiſſe. Quare in l. 52. *de man. teſtam.* nihil mutandum. Aut ſi quid mutandum, legendum forte *Meſſieno Frontoni. Menag. cap.* 31.

p. 293. l. 3. *lex Mela* 14. *de alim. leg.* eſt lex Ulpiani.

p. 295. Campanum juriſconſultum ex Cocceiorum familia ortum fuiſſe & Severi atque Antonini vixiſſe temporibus, ſcribit hic Bertrand. ſed utrumque falſo. Alius eſt JC. Campanus à Cocceio illo Campano ad quem apud Marcian. in *l. ſi quis* 29. *ad S. C. Treb.* & apud Juſtinian. in inſtitut. tit. *quib. mod. teſtam. infirm.* exſtat reſcriptum Impp. Severi & Antonini. Juriſconſultum citant Valens atque Pomponius: hic in l. 34. §. 1. de *fideic. libert.* ille in l 47. de *oper. libert.* Unde apparet Severo & Antonino antiquiorem multo fuiſſe. Siquidem & Pomponius & uterque Valens Hadriani & Antonini Pii vixere temporibus. *Menag. cap.* 37.

p. 308. l. 1. *Junius &c.*] idem tamen priorem ſuam ſententiam reprobat *in erratis ad calcem libri.*

p. 321. l. 18. *Tuſcius Fuſcianus* reponit Bertrand. Is ſub Hadriano vixit, & ſub Pio legatus Numidiæ fuit, & ad eum exſtat hujus Imp. conſtitutio in *l. 7. de leg. præſt.* Sed cum Fuſcianus ille à nullo ſcriptorum inter Juriſconſultos reponatur, accedo lubens Anton. Auguſt. ſententiæ, qui ſcribendum putat *Macianus* in *l. 2. de orig. jur. Menag. cap.* 5.

F I N I S.

Errata, quæ feſtinantes operæ ex Toloſana editione ſuperſtitioſe nimis, dicam, an oſcitanter, expreſſere, benevolus Lector ita emendabit.

In vita Bertrandi.

pag. 8. lin. 15. lege: *vultu.*
p. 11. l. 9. *nobilitate.*
p. 2. l. 10. lege: *Juſtinianus.*
p. 5. l. 7. lege: *qui æt. vel profeſſ. ſe excuſ.*
p. 7. l. 6. *l. 1. D. de jur. fiſc.* lege.
l. 8. lege: *quæſitum eſt?*
p. 8. l. 2. lege: *pet. part.*
l. 7. lege: *l. 57. D. de acq. her.*
l. antep. ϗ τὴν, adde ἕτερον π.
p. 9. l. 23. lege: *ex lib.* 64.
l. 24. lege: *l. 18. D.*
p. 13. l. 4. lege: *cui res.* 29.
l. 16. adde: *D. eod. tit.*
l. 18. lege: *Nov. conſt.* 127.
l. 19. lege: *utere.*
p. 21. l. 6. lege: *l. 58. D. pro ſocio.*
p. 22. l. 17. leg. *ex* §. *in tertio autem anno.*
l. 26.

l. 26. §. *cum autem* adde *C.*
p. 23. l. 2. §. *illud* adde *C.*
p. 24. l. 1 lege: *l. etiam. 12. D.*
l. 7. lege: Ἀσυνομία.
l. 23. lege: ἀγροικονόμος.
p. 26. l. 14. lege: *Quintiliano lib* XI.
p. 27. l. 16. lege: *pro C. Cornelio majeſtatis reo.*
p. 29. l. 9. lege: ὅρων.
p. 30. l. 11. lege: *l. Mutianæ. 7. & in l 79. D. de cond.*
p. 31. l. 10. lege: *libro 4. obſ.*
p. 32. l. 20. lege: *l is cui 18. D. de cond.*
l. 25. lege: *quandam.*
l ult. lege: ὍΡΩΝ.
p. 33 l 6. lege: *in l. qui penum 3. D. de pen. leg. in l. 19 § 9.*
l. 25. lege: *obſerv. cap. 39.*
p. 37. *Annullino.*
p. 38. l. 20. lege: *quod ex princ. de her.*
l. 26. lege: *lib.* XI. *cap. ult.*
p. 39. l. antep lege: *comperendinationibuſque.*
l. ſeq. *& ex Sabini.*
p. 40. l. 1. *commoniti. & admin.*
p. 44. l. 25. leg. *ad Claudianum Julianum.*
p. 46. l. 16. lege: *lib. 4. cap. 9.*
p. 47. l. 1. lege: *faces.*
p. 50. l. 4. lege: *l. 40. D. de petit.*
p. 53. l. pen. lege: *l. 5. D. de jur. imm.*
p. 55. l. 2. lege: *P. Vinitio-*
p. 57. l. 6. lege: *in l. in ſumma 2.*
l. 9. lege: *Javolenus in l. ſi is qui 25.*
l. 12. lege: *ut in l. in lege locationis 29. D. locat. l. Cæſar vel cenſor 15. D. de public.*
l. 23. lege: *l. Scapham 44. l qui fundum 55. D.*
l. 27. lege: *l. actione 65. §. item ſcriptum 8.*
p. 58. l. 14. lege: *in l. pediculis 32. §. 6.*
l. 21. lege: ὑπεστρεφουδρῳ.
p. 61. l. 20. lege: *proconſulatu.*
p. 63. l. 3. lege: σωματ.
p. 66. l. 15. lege: *l. ſi pater 9. D. de vulgar. & pupill. ſubſt.*
p. 67. l. 19. lege: *ſi quis 9. §. 4. verſ. hæc.*
p 68. l. 13. lege: *in l. 88. §. Lucius Titius 17. D.*
l. pen. lege: *in l. 14. in l. ædiles 38. D.*
p. 71. l 14. *qui ſervum 6. D. ad leg. Corn. de Sicar. SC. quod.*
p. 72. l. 1. lege: *in l quæſitum 12. §. 43. verſ. deniq. D de inſtr vel inſtr. leg.*
p. 74. l. 6. lege: *ſed addes 19. §. 2.*
l pen. lege: *an apud ſe manumittere 5.*
p. 76. l. 23. lege: *in l. 30. D. de excuſ.*
p. 77. l. 17. lege: *l. ſi is 14. de interrog. in jur. fac.*
p. 80. l. 16. lege: Q. JULIUS.
p. 81. l. 10. lege: *emend. 3. cap. 4.*
l. ult. *reperio*] adde, *conſtat* vel ſimile quid.
p. 94. l. 25. lege *te vel præceptis.*
p. 99. l. 23. lege: *l. cum ſervus 39. D.*
p. 107. l. 23. lege: *ſi pactus 54.*
p. 120. l. 3. lege: ἀναſκευάσαι διέξοδον.
p. 131 l. 25. lege: REGULARUM.
p. 132. l. 2. lege: *ſancimus.*
p. 139. l. 1. lege: *quidam.*
l. 2. lege: *ſtyli ſui.*
p. 144. l. 19 lege: *lecta 40. verſ. dicebam.*
p 149. l 23. FIDEICOMM.
p. 151. l. 25. SILAN.
p. 153. l. 14. ORATIONEM.
p. 158. fin. lege: *lib. 1. diſpunct. cap. 14.*
p. 159. l. 23. *verbo* adde *noſtri.*
p. 168. l 3. lege: *lib. 1. definitionum in l. 1. eod. tit.*
l. 8. lege: γνώμων.
p. 185 l. 10. & 11. *Camelia.*
p. 198. l. 23. lege: *Ælius Q. F.*
l. 25. lege: *L. Pauli.*
p. 202. l. 1. lege: νομοδείκτην.
p. 211. l. 1. *differentem.*
p. 224. l. pen. lege: *nimis quidem lentius in dic.*
p. 228. l. 8. lege: *ipſi.*
p. 241. l. 7. lege: *quod cum is.*
p. 245. l. 23. lege: *capite ejus aſſ.*
p. 248. l. 3. lege: *etiam.*
p. 259. l. 10. lege: *Granii.*
p. 280. l. 6. lege: *Antonini.*
p. 283. l. 10. lege: *repetundarum.*
p. 311. l. 4. lege: *Cicerone.*
p. 312. l. 5. lege: *extant.*

F I N I S.